F ⁊ deſideria: ita vt deterioretur eius actio: ⁊ aliquādo deſtruitur eius complexio omnino. Etiā hoc ſufficiet tibi ad ſciendum ꝙ anima eſt continens in ſe vires ſentiendi ⁊ vegetandi: cum ipſa ſit vna: ⁊ ꝙ he non ſunt ſine illa. Conſtat ergo ꝙ anima eſt perfectiua corporis in quo eſt: ⁊ conſeruatiua eius iuxta ordinē ipſius qđ debet naturaliter diſſolui ⁊ diſpergi: vnaquaqꝫ enim pars corporis habet debitum loci: cuius nō habet alia: ⁊ debet disiungi alicui coniuncta: h autem non eſt ita: niſi vt conſeruet rem que eſt preter naturam eius: ⁊ hec res eſt anima in animali. Anima ergo perfectio eſt ſubiecti: qđ eſt cōſtitutum ab ea. eſt etiam conſtituens ſpeciem ⁊ perficiens eam. Res enim habētes animas diuerſas fiunt propter eas diuerſarum ſpecierum: ⁊ fit earum altercitas ſpecie non ſingularitate: ergo anima non eſt de accidētibus quibus non ſpecificantur ſpecies: nec recipiuntur in conſtitutione ſubiecti. Anima enim eſt perfectio ſubſtantie nō vt accidens nec ſequitur ex hoc vt ſit ſeparata: aut non ſeparata: non enim eſt omnis ſubſtantia ſeparata: quia illa non eſt ſeparata: nec forma: tu autem ſcis rem ita eſſe. Demonſtremus ergo ſummati vires aie: ⁊ eius actiones: ⁊ deinde exequemur ſingula perquirendo.

¶ Capitulum quartum de declarādo ꝙ diuerſitas actionum aie eſt ex diuerſitate ſuarum virium.

A DIcemus igitur ꝙ anima habet actiones diſtantes multis modis. quedam enim differunt in fortitudine ⁊ debilitate: quedam in velocitate ⁊ tarditate: quoniam opinio aliquis ſenſus eſt: ſed differunt a fortitudine in firmitudine ⁊ comprehēſione. Et ſubtilis differt ab hebete in cito diſcendo. ⁊ aliquando differunt in priuatione ⁊ habitu. Sicut dubitatio differt a ſcientia in hoc ꝙ dubitatio eſt priuatio cōprehenſionis alterius contradictoriarum. Scientia vero eſt certa comprehenſio vnius contradictoriarum: ⁊ ſicut mouere ⁊ quieſcere. Aliqñ enim differunt comparatione ſui ad ꝯ̄ria: vt ſentire albū: ⁊ ſentire nigrū: ⁊ guſtare dulce. ⁊ guſtare amarū. Aliquando autem differunt in genere: vt attingere colorem: ⁊ attingere ſaporem. imo ſicut attingere ⁊ mouere. intentio autem noſtra eſt nunc vt ſciamus vires ex quibus proueniunt iſte actiones: ⁊ an debeat vnaqueqꝫ ſpecies actionis habere vim ſibi propriam. an non. ¶ Dicemus igitur ꝙ actionū que differunt in fortitudine: ⁊ debilitate: principium vna vis eſt. Sed aliquando actio eſt perfectior aliquādo diminutior. Si autē per diminutionem oportet diminutum habere vim aliam preter virtutē: que eſt in perfecto: tunc oporteret ꝙ numerus viriū eſſet tantus quātus eſt numerus ordinum diminutionis ⁊ augmenti: que pene infinite ſunt: ſed vni virtuti accidet vt faciat unam actionē fortiorem vel debiliorem: aliquādo ſm ꝙ fuerit operatio: aliquando ſm euentum inſtrumenti: aliquando ſm prohibentia extrinſecus que erunt: aut non erunt: ⁊ que addent aut minuent. Sed faciendi ⁊ eius priuationis iam patuit ex predictis in dictionibus communibus: qđ principium vna vis eſt. Sed de differentia in genere actionū anime que ſunt ad modū habitus: ſicut comprehendere ⁊ mouere: aut ſicut vnum apprehendere aut aliud: ⁊ apprehendere: bonum eſt enī vt pertractet aliquis tractatorum: ⁊ vt videat exempli gratia: an omnes vires apprehendētes ſint vna vis: ⁊ an ipſa habeat apprehenſiones per ſeipſam: que ſunt intelligibiles: ⁊ alias apprehenſiones per inſtrumenta que ſunt diuerſe ſcđm diuerſitatem inſtrumentorum. Si autem intelligibiles: ⁊ ſenſibiles fuerint quaſi ex duabus viribus. An omnes ſenſibiles que intus imaginantur: ⁊ que apprehendentur extrinſecus ſint ex vna vi. Si autem que intus ſunt fuerint ex vna vi: aut ex multis viribus. An exteriores ſint ex vna vi que facit diuerſis inſtrumentis actiones diuerſas: non enim prohibetur vna vis apprehendere res diuerſas genere ⁊ ſpecie: ſicut diuulgatum eſt de diſpoſitione intellectus. ⁊ diſpoſitione imaginationis apud ſapientes. Senſata etenim cōmunia que dicunt̄ magnitudo ⁊ numerus: ⁊ motus: ⁊ quies: ⁊ figura. Aliquando ſentiunt̄ vnoquoqꝫ ſenſuum: aliquādo aliquibus ex illis: quamuis hoc fiat mediāte alio ſenſato. Demum an vis mouendi. ipſa ſit vis apprehendendi. cur enim hoc non eſt poſſibile. Et an vis concupiſcendi ſit ipſa vis iraſcendi: quia cum preſentatur aliquid qđ delectat patitur aliquo modo. Cum vero repreſentat̄ qđ moleſtat patitur alio modo: ⁊ an vegetabilis ⁊ nutribilis: ⁊ generans ſint aliqua iſtarū virium. Aut ſi nō ſunt. an ipſe ſint aliqua vna vis: que in re nondū perfecta forma moueat nutrimentum ad extremitates eius ſm aliquā affectionem: ⁊ aliquā figuram: ⁊ in ea perfecta moueat eodem motu: ſed quia figura iam perfecta eſt. ideo non accidit aliqua alia figura: cum augmentum iam peruenit ad hoc: vt vis illa non poſſit plus nutrimenti inferre: niſi quantū reſoluitur ex eo: ⁊ ob hoc ſtet. Remaneat autem ibi de nutrimento ſuperfluitas: que ſit apta generationi: ⁊ vis diffundat illam per membra generantis: ſicut nutrimentum diffunditur per inſtrumenta eius: ad nutriendum ea. deinde remaneat tantum nutrimenti. Supra id qđ opus eſt membris generati: ſuperfluitas que ſit apta ad id qđ vis ipſa conuertat illam. Sicut facit de multis ſuperfluitatibus membrorum. deinde ipſa vis ceſſet in fine vite ab inferendo aliquid pro reſtitutione eius qđ ſoluit̄ qđ ſit eq̄le ei qđ ſoluitur: ⁊ accidat ſinthesis. Et ſicut appellamus vim vegetandi: cur non ſimiliter appellamus vim per ſinthesim deficiendi. Et quia diuerſitas actionum non iudicat diuerſitatē viriū: vna enim ⁊ eadem vis operatur contraria: ⁊ vna vis mouet voluptatibus diuerſis. Immo vna vis facit in diuerſis materijs diuerſas actiones. harum omnium dubitationū ſolutio: oportet vt in promptu ſit apud nos: quouſqꝫ poſſumus affirmare vires anime: ⁊ vt affirmemus hūc eſſe numerum earum: ⁊ ꝙ alie eorū ſunt diuerſe ab alijs: quia ita conſtat numerū eſſe apud nos. ¶ Dicemus igi- C
tur primū: ꝙ vis ex hoc ꝙ ē vis eſſentialiter: ⁊ primo eſt vis ad aliud: ⁊ poſſibile eſt eam eſſe principium alterius rei ab illo: qr ex hoc qđ eſt vis ad aliud principium eſt illius. Si autem fuerit principium alterius ab illo nō eſt ex hoc ꝙ eſt principiū eſſentialiter illius primi. ergo vires ex hoc ꝙ ſunt vires non ſunt niſi principia actionū deſignatarum principaliter: poſſibile eſt tamen vt vna vis ſit principium multarum actionum: ſecundario que ſint eius quaſi rami: ⁊ non ſit principiū earum principaliter. Sicut viſus qui non eſt niſi prima vis apprehendēdi qualitatem que eſt color albus aut niger per quā corpus eſt huiuſmodi: vt cum interpoſitum fuerit inter corpus receptibile luminis ⁊ illuminans: illuminās non faciet in eo lumen. Uis etiam imaginatiua imprimit ſibi formas rerum materialium ſm ꝙ ſunt materiales: ſed nudas a materia: aliquo modo abſtractionis non perfecte: ſicut dicemus poſtea: quas contingit eſſe: aut colorē: aut ſaporem. aut ſonum: aut magnitudinem: aut cetera huiuſmodi. Uis autem: intellectiua eſt illa que apprehēdit ⁊ tenet in ſe formas rerum ſm ꝙ ſunt ſeperate a materia: ⁊ ab omnibus appendicijs eius quas accidit eē aut figura: aut numerus. ¶ Poſſibile eſt aūt vt vis ſit apta

B Ariſ. ſcđo de aia. t. 64.

Uis imaginatiua.

Uis intellectiua.

ad vnam actionem tantum deſignatam. Sed ſit ei ne
ceſſe aliquid aliud ſibi adiungi ad hoc: vt habeat in effe/
ctu qđ prius habebat in potentia. Si autem non habue/
rit illud aliud non operabitur. ħ ergo vis aliquādo erit
principium actionis in effectu: aliquando non principiū
eius in effectu. Sicut vis motiua: quā cum vehementer
optauerit vis deſideratiua ꝓpter aliquid virtutis imagi
natiue aut intellectiue qđ eaʒ impellit ad ħ mouebit ſine
dubio aliter non. Ex vna vi autē mouente vnū inſtrumē
tum non prouenit niſi vnus motus. Multi eteniʒ mot⁹
fiunt ꝓpter inſtrumenta motuum multa que ſunt in no/
bis vt muſculi. Et in vnoquoqꝫ muſculo eſt vis mouēs
ſingularis: que non mouet niſi vno motu ſingulari: ali/
quando etiam vnius virtutis diuerſe ſunt actiones ſm
D diuerſa receptacula: ⁊ ħ manifeſtum eſt. ¶ Dicemus g̊
nunc ꝙ prime diuiſiones actionuʒ anime ſunt tres actio
nes. ſcilicet in quibus cōueniunt vegetabilia: ⁊ animalia
ſicut ſunt nutrire: ⁊ generare: ⁊ actiones in quibus cōue/
niunt animalia omnia: aut plura ex eis: in quibus nō cō/
municant vegetabilia: ſicut ſentire ⁊ imaginari: ⁊ moue
re voluntarie: ⁊ actiones que proprie ſunt hominū: ſicut
percipere itelligibilia: ⁊ adinuenire artes; ⁊ meditari de
creaturis: ⁊ diſcernere iter pulchruʒ ⁊ fedum. Si autem
vires animales eſſent vna. actiones vegetabiles proue/
nirent ex ea vi: ex qua proueniunt vitales ſenſibiles p̄n/
cipaliter: ⁊ eſſet poſſibilis priuatio corporum vegetabi/
lium vt epar ⁊ ſtomacus. ¶ In membris etiam anima/
lium que nutriuntur ⁊ non ſentiunt qđ eſt duruʒ: vel eſt
molle. priuatio enim ſentiendi: aut eſt cauſa priuationis
virtutis: aut cauſa materie que non patitur ex calore vel
frigore: nec afficitur eis. Et quia non afficitur eis non de/
bet nutriri: quia non afficitur ſaporibus validis aut olfa
tibus fortiſſimis: afficitur autem illis. ergo non habet ħ
ex materia non recipiente: ſed ex priuatione virtutis ſen
ſificantis. Inuenimus auteʒ in illis vim nutriendi. ergo
he due vires diuerſe ſunt. ¶ Item motio anime que mo
uet aut erit ad modum mutationis abſolute: ſed omne
corpus eſt recipiens motuʒ abſolute. Aut erit motus ad
modum contrahendi ⁊ extendendi. Sed in corporibus
noſtris ſunt membra que magis recipient hoc q̃ mu/
ſculi in quibus eſt vita ⁊ nutrimentum. Sed non poſſu/
mus ea mouere. ergo cauſa huius non eſt ex ipſis: ſed ex
priuatione virtutis. Similiter in aliquibus neruis vis
ieſt ſentiendi tantuʒ abſqꝫ motu. In alijs vero vis eſt mo
uendi nec eſt inter eos tanta diſtantia: quia aliquando
inuenitur qđ id cui ineſt ſentire eſt ſimile ei: cui ineſt mo
uere: ⁊ habet plus minuſue qualitatis q̃ illud. nec tamē
ineſt ei motus: aliquando inuenitur qđ eſt ſic: nec tamē
ineſt ei vis ſentiendi ſic etiam potes ſcire ꝙ oculus non
eſt minus q̃ lingua. in potendo pati ex ſaporibus adhibi
tis: ⁊ oculus non ſentit ſaporeʒ ex hoc ꝙ eſt qualitas. nō
dico autem ex hoc qđ eſt guſtatum: ſed nec etiam ſonuʒ;
ſed conſtat: quia vis humana ex ſeipſa non poteſt iprimi
in materia. ⁊ conſtat ꝙ omnes actiones attribute anima
li neceſſe eſt vt habeat inſtrumenta: ergo ſenſus ⁊ imagi
nationes ſunt ex alia vi materiali: que nō eſt vis mouēs:
quāuis vires mouentis etiam pendeant ex viribus ima
ginandi ⁊ ſentiendi aliquo modo. ſicut poſtea declarabi
mus: cum autem intellexeris ħ ⁊ principia que poſuim⁹:
facile erit ſcire differentiam que eſt inter vires quas in/
tendimus numerare: ⁊ ordinare: ⁊ ſcies ꝙ omnis. vis ha
bet actionem primam: in qua non conuenit cum alia vi.
que hʒ actionem primā diuerſam ab eius actione p̄ma.

¶ Capitulum. V. De numerando vires anime ad mo/
dum ponendi eas.

NUmerabimus nūc vires ani
me quaſi po/ A
nendo. deinde procedemus ad declarandu
vnamquāqꝫ illarū. Dicemus igitur ꝙ vires
animales. primo diuiduntur in tres partes.
Una eſt vegetabilis que eſt p̄ma perfectio — Anima vegetabilis.
corporis naturalis inſtrumentalis ex hoc qđ generatur
⁊ augmentatur ⁊ nutritur. Nutrimentum autem eſt cor
pus qđ ſolet aſſimiliari nature corporis cuius dicitur eē
nutrimentum: ⁊ reſturat ei quantū reſolutum eſt de illo:
aut plus: aut minus. ¶ Secunda eſt anima ſenſibilis q̄ — Aia ſenſibilis.
eſt perfectio prima corporis naturalis iſtrumentaliſ. ſm
ꝙ apprehendit particularia: ⁊ mouet̄ voluntate. ¶ Ter — Anima humana.
tia eſt anima humana que eſt perfectio prima corporis — Ari. ſcđo đ aia. t. 6.
naturalis inſtrumentalis: ſm ħ ꝙ attribuitur ei agere
actiones electione deliberationis: ⁊ adinuenire meditan
do: ⁊ ſm hoc ꝙ apprehendit vniuerſalia. niſi autem eſſet
ꝑꝑ vſum: melius eſſet non accipere perfectionē p̄mā ne/
ceſſariam tantū in deſcriptione ſecūda. cum volum⁹ de/
ſcribere animā: non vim animalē quā habet anima ſm
illam actionem. perfectio etenim accipitur in diffinitio/
ne anime. non autem in diffinitione virtutis anime. Tu
autem poſtea ſcies differentiā inter animaʒ ſenſibilem.
⁊ vim mouendi. ⁊ apprehendendi. ⁊ inter animaʒ ratio/
nalem: ⁊ inter vim eorum que predicta ſunt de cognitio/
ne: ⁊ alijs cū aūt volueris altius ſcrutari vtiqꝫ melius eſt
vt vegetabilis accipiatur genus ſenſibilis: ⁊ ſenſibilis ge
nus humane: ⁊ ꝙ eſt cōmunius accipiat̄ in diffōne min⁹
cōis. ſilr ſi inſpexeris aias ſm vires que ſunt eis ꝓprie in
earū ſenſibilitate: ⁊ earū humanitate: fortaſſis cōſeque/ B
ris qđ diximus. Anima aūt vegetabilis habʒ tres vires. Prima
vnā nutritiuā. que eſt vis cōuertens corpus a corporeita
te in qua erat in ſimilitudine corpis in quo eſt: ⁊ vnit ei
pro reſtitutione eius qđ ſolutū eſt ex illo. Aliam augmē/ Secunda
tatiuā que eſt vis augēs corpus in quo eſt ex corpore: ꝙ
ipſa aſſimilat illi augmēto ꝓportionali in omnibus ſuis
dimenſionibus: que ſunt lōgitudo. latitudo. ⁊ ſpiſſitudo.
vt perducat rem ad ꝑfectionē. Tertiā generatiuaʒ q̄ eſt Tertia
vis accipiens de corpore in quo eſt partem illi ſimileʒ in
potētia: ⁊ operat̄ in ea per attractionē aliorū corporū: q̄
illi aſſimilat generari: ⁊ cōmiſceri: ⁊ ꝯuertit eā in ſimilitu
dinē ipſius in effectu. Anima aūt ſenſibilis: vł vitalis ſʒ
modū primū. hʒ duas vires: motiuā. ſ. ⁊ apprehendentē.
Sed motiua eſt duobus modis: qđ aūt eſt mouēs. iđ ꝙ
imperat motui. aut eſt mouens: ideo qꝛ eſt efficiēs motū.
Motiua autem ſm ꝙ eſt imperans motui eſt vis appe
titiua ⁊ deſideratiua; que vis cum imaginetur imagina/
tione: de qua poſtea dicem⁹: forma que appetitur aut re/
ſpuitur imperat alij virtuti mouenti vt moueat que ha/
bet duas partes vna que dicitur vis cōcupiſcibilis: que
eſt vis imperans moueri; vt appropinquatur ad ea que
putantur neceſſaria: aut vtilia appetitui delectamenti:
aliam que vocatur iraſcibilis: que eſt vis imperans mo/
ueri ad repellēdū id qđ putatur nociuum. aut corrūpens
appetitum vincendi. Sed vis motiua ſm ꝙ eſt efficiēs.
eſt vis infuſa neruis ⁊ muſculis: contrahēs chordas: ⁊ li
gamenta coniuncta membris verſus principium aut re
laxans ⁊ extendens in longum: ⁊ cōuertens chordas: ⁊ li
gamenta. econuerſo. contra principiū. Sed vis apprehē
dens duplex eſt. alia enim eſt vis que apprehendit a fo/
ris: alia que apprehendit ab intus. apprehendens a fo/
ris: aut ſunt qnqꝫ ſenſus: aut octo. Ex qbus eſt viſus que
eſt vis ordinata in neruo obtico ad apprehēdēdū formā
eius qđ format̄ in humorē criſtalinuʒ ex ſilitudinibus
corporum habentium colorē q̄ eueniunt ꝑ corpa radio/

ſa in effectu ad ſuperficies corporum terſorum. Ex illis

Auditus

etiam auditus que eſt vis ordinata in neruo expanſo in ſuperficie nerui obtici ad apprehendenduꝫ formā eius qđ ſibi aduenit: ⁊ commotione aeris qui conſtringit̄ inter percutiens ⁊ percuſſuꝫ. reſiſtens ei conſtrictiōe exacta ex qua prouenit ſonus. ⁊ prouenit eius cōmotio ad aerem collectum quietum qui eſt in concauitate nerui obtici mouens illum ad inſtar ſui motus: ⁊ cōmotiones illius motus tangunt neruum.

Olfatus

⁋ Et ex illis eſt olphatus qui eſt vis ordinata in duabus carunculis anterioris partis cerebri ſimilibus mamillaruꝫ capitibus: ad apphendenduꝫ id qđ offert ei aer attractus de odore qui eſt in vapore permixto cum aere. aut de odore impreſſo in illo. ex permutatione que fit ex corpore odorifero.

Guſtus

⁋ Et ex illis eſt guſtus qui eſt vis ordinata in neruo expanſo ſuper corpus lingue ad comprehendendum ſapores ſolutos ex corporibus contingentibus ipſum cum permiſcentur humori vnctuoſo lingue permixtione permutāti.

Tactus

⁋ Et ex illis eſt tactus qui eſt vis ordinata in neruis cutis totius corporis. ⁊ eius carnibus ad apprehendendum id qđ tangit illuꝫ: ⁊ afficit contrarietate permutāte complexionem. ⁊ affectionem corporis.

C

⁋ Videt̄ autē aliquibus hec vis non eſſe ſpecies ſpecialiſſima. Sed genus quattuor viriū m. aut etiam plurium diffuſarum ſimul in toto corpore: quarum vna diſcernit contrarietatē que eſt inter calidum ⁊ frigidum. Alia diſcernit contrarietatem que eſt inter humiduꝫ ⁊ ſiccuꝫ. tertia eſt diſcernens contrarietatem que eſt inter durum ⁊ molle. quarta vero eſt diſcernens contrarietatem que eſt inter aſperum ⁊ lene. ⁋ Sed quia collectio illarum eſt in vno iſtrumento ſcilicet cute. ideo putant̄ eſſe vna in eſſentia. ⁋ Sed virium apprehendentiuꝫ ab intus quedaꝫ apprehendunt formas ſenſibiles. quedam vero apprehendunt intentiones ſenſibilium: apprehendentium autem quedam ſunt que apprehendunt ⁊ operantur ſimul: q̄dam vero apprehendunt ⁊ non operantur. quedam apprehendunt principaliter. ⁊ quedaꝫ ſecundario. ⁋ Differentia autem inter apprehendere formas. ⁊ apprehendere intentionem. hec eſt ꝙ forma eſt illa quā apprehēdit ſenſus interior. ⁊ ſenſus exterior ſimul. Sed ſenſus exterior primo apprehendit eam. ⁊ poſtea reddit eaꝫ ſenſui interiori. Sicut cum ouis apprehendit formaꝫ lupi .ſ. figuram eius. ⁊ affectioneꝫ ⁊ coloreꝫ. Sed ſenſus exterior ouis primo apprehendit eam: ⁊ deinde ſenſus interior: intentio auteꝫ eſt id qđ apprehendit anima de ſenſibili. quamuis non prius apprehendit illud ſenſus exterior. ſicut ouis apprehendit intentionē quā habet de lupo: que .ſ. eſt quare debeat eum timere ⁊ fugere. quāuis hoc ſenſus non apprehendit vllo modo. Id auteꝫ qđ de lupo apprehendit ſenſus exterior primo. ⁊ poſtea interior. vocatur hic proprie nomine forme. Quod autem apprehendit vires occulte abſqꝫ ſenſu vocatur in hoc loco proprie nomine intentionis. ⁋ Differentia autē que eſt inter apprehendere operando. ⁊ apprehendere non operando hec eſt ꝙ de actionibus alicuius virium interiorum eſt componere aliquas formarum. ⁊ intentionum apprehenſarum cuꝫ alijs. ⁊ ſeparare ab aliquibus. habet ergo apprehendere ⁊ operari etiam in eo qđ apprehendit. Sed apprehendere non operando hoc eſt: cum forma aut intentio deſcribitur in vi tantuꝫ. ita vt non poſſit agere in eum aliquid vllo modo. ⁋ Differentia autem inter apprehendere principaliter. ⁊ apprehendere ſecūdario hec eſt. ꝙ apprehendere principaliter eſt cuꝫ forma acquiritur aliquo modo acquiſitiōis qđ accidit rei ꝑ ſe: apprehendere ſecundario eſt acquiſitio rei ex alio qđ eam induxerit.

D

Fantaſia

⁋ Virium autem apprehendentiuꝫ occultarum vitalium. prima eſt fantaſia: que eſt ſenſus cōmunis: que eſt vis ordinata in prima concauitate cerebri recipiens per ſeipſam formas omnes que imprimūtur quinqꝫ ſenſibus ⁊ reddunt̄ ei.

Imaginatio

⁋ Poſt hāc eſt imaginatio. vel que eſt etiam formans: que eſt vis ordinata in extremo anterioris concauitatis cerebri retinens qđ recipit ſenſus cōmunis a quinqꝫ ſenſibus ⁊ remanet in ea poſt remotionem illorum ſenſibilium. ⁋ Debes aūt ſcire ꝙ recipere eſt ex vna vi. que eſt alia ab ea ex qua eſt retinere. ⁊ hoc conſidera in aqua que habet potentiā recipiendi inſculptiones ⁊ depictiones ⁊ omnino figurā: ⁊ non habet potentiam retinendi. quamuis poſtea etiaꝫ addemus certitudinem huius. ⁋ Cum auteꝫ volueris ſcire differentiam iter opus ſenſus exterioris. ⁊ opus ſenſus cōmunis. ⁊ opus formantis. attende diſpoſitionem vnius gutte cadentis de pluuia. ⁊ videbis rectam lineā. ⁊ attende diſpoſitionem huius recti: cuius ſūmitas moueatur in circuitu. ⁊ videbitur circulus impoſſibile autē eſt vt apprehendas rem aut lineam. aut circulum niſi illam ſepe inſpexeris. Sed impoſſibile eſt vt ſenſus exterior videat eam bis. ſed videt eam vbi eſt: cum autē deſcribitur in ſenſu communi. ⁊ remouetur anteqꝫ deleat̄ forma ſenſus communis apprehendit eam ſenſus exterior illic vbi eſt: quia apprehendit eaꝫ ſenſus communis quaſi eſſet illic vbi fuit. ⁊ quaſi eſſet illic vbi eſt. ⁊ videt diſtenſionem circularem aut rectam. hoc autem impoſſibile eſt comparari ſenſui exteriori vllo modo. ſed formans apprehendit illa duo. ⁊ formiat ea. quamuis ſit deſtructa res que iam abyt. Poſt hanc eſt vis que vocat̄ imaginatiua comparatione anime vitalis. ⁊ cogitatiua cōparatione anime humane. que eſt vis ordinata in media concauitate cerebri vbi eſt neruus. ⁊ ſolet componere aliquid de eo qđ eſt in imaginatione cum alio ⁊ deinde aliquid ab alio ſm ꝙ vult.

Extimatiua

E

⁋ Deinde eſt vis extimatiua. que eſt vis ordinata in ſummo medie concauitatis cerebri. apprehendens intentiones nō ſenſatas: que ſunt in ſingulis ſenſibilibus. ſicut vis que eſt in oue diiudicās ꝙ ab hoc lupo eſt fugienduꝫ. ⁊ ꝙ huius agni eſt miſerēdū. videtur etiam hec vis operari in imaginatis compoſitionem ⁊ diuiſionem. ⁋ Deinde eſt vis memorialis. ⁊ reminiſcibilis que eſt vis ordinata in poſteriore concauitate cerebri. retinens qđ apprehendit vis extimatiōis de intētionibus non ſenſatis ſingulorum ſenſibiliū. ⁋ Cōparatio autem virtutis memorialis ad virtuteꝫ extimationis talis eſt qualis comparatio virtutis que vocatur imaginatio ad ſenſum communem. Et comparatio huius virtutis ad intētiones eſt qualis cōparatio illius virtutis ad formas ſenſibiles. he ſunt vires anime vitalis vel ſenſibilis.

Aīe rōnalis vires

⁋ Sed anime rationalis humane vires diuiduntur in virtute ſciendi ⁊ virtute agendi: ⁊ vnaqueqꝫ iſtarum virium vocatur intellectus equiuoce aut propter ſimilitudinem.

Vis actiua

⁋ Vis autem actiua eſt que eſt principium mouens corpus hominis ad actiones ſingulas que ſunt proprie cogitationis ſecundum ꝙ intentionibus conuenit ad placitum que appropriantur ei. Et habet reſpectum in comparatione virtutis vitalis appetitiue. ⁊ reſpectum in comparatiōe virtutis imaginabilis. ⁊ extimabilis ⁊ reſpectum in comparatione ipſius ad ſe. ⁋ Reſpectus autem eius ſecundum comparationem ad virtutem vitalem appetitiuaꝫ eſt mo

dus:propter queꝫ accidunt in ea affectiones que appropriantur homini. quibus afficitur cito ſiue ſit actio. ſiue paſſio: ſicut confuſio ⁊ erubeſcentia ⁊ riſus. aut huiuſmodi: reſpectus autem eius ſm̄ comparationem virtutis vitalis extimabilis aut imaginabilis. eſt modus ad quem tendit cum contendit adinuenire mãdata rerum generatarum ⁊ corruptarum ⁊ aduenire artes humanas. reſpectus autem quem habet comparatione ſui ad ſe. eſt modus qui generat in ea actionem ⁊ intellectũ contemplantem. ⁊ he ſunt intentiones que pendent ex actionibus ⁊ diuulgantur famoſe. ſicut hoc ꝙ mẽtiri turpe eſt. ⁊ iniuriari turpe eſt nõ quaſi probata: ⁊ quicquid ſimile eſt huic de proportionibus quarum differẽtia a ꝑ ſe notis primis. ſ. intelligibilibus diffinita eſt in libris logicis. quamuis comprobate fuerint: fient etiam per ſe note. ſicut iam didiciſti in eiſdem libris. ❡ Opꝫ autem vt hec virtus imperet ceteris virtutibus corporis. ſicut oportet pro iudicio alterius virtutis quã poſtea nominabimus. ita vt hec non patiatur ab illis vllo modo. ſꝫ ipſe patiãtur ab ea: ⁊ ſunt omnino ſubſtrate ſub ea. ne forte contingant in ea affectiones poſt ſe trahentes eaꝫ ꝓuenientes ex rebus naturalibus que vocantur peruerſi mores: quia oportet vt ipſa non ſit paſſibilis vllo modo. nec trahibilis. ſed imperãs. ⁊ tũc habet mores optimos. poſſibile eſt autem vt mores comparent̃ virtutibus corporalibus. ſed cum illa fuerit dominãs habebit affectionem efficientem: ⁊ ex intellectu habebit affectionem patientem: nominemus auteꝫ omnem affectionem moreꝫ. erit ergo vnũ ꝓpter qȯ contingunt mores in h̃. ⁊ in alio contingunt mores. propter hoc alium. ſi autem ipſa fuerit iuncta habebit affectionem paſſibilem. ⁊ ſimiliter affectionem actiuam non extraneam: que etiam erũt due actiones ⁊ duo mores. ⁊ mos quidem erit vnus. ſed habebit duas comparationes. mores autem qui in nobis ſunt nõ comparãtur huic virtuti. niſi quia anima humana: ſicut poſtea ſcies eſt vna ſubſtãtia: hñs cõparationẽ ad duo. quorum vnum eſt ſupra eam. ⁊ altera infra eaꝫ. ſed ſm̄ vnũquodq̨ iſtoruꝫ habet vim per quã ordinat̃

Uirt⁹ actiua.

habitus qui eſt inter ipſam ⁊ illud: hec auteꝫ virtus actiua eſt illa virtus quam habet anima propter debitum qȯ debet ei qȯ eſt infra eam. ſ. corpus ad regendum aliquid.

Uirtus cõtẽplatiua.

ſed virtus cõtemplatiua eſt illa virtus qua habet anima ꝓpter debitum qȯ debet ei. qȯ eſt ſupra ipſaꝫ. vt patiatur ab eo ⁊ perficiat per illud ⁊ recipiat ex illo tãq̄ꝫ anima noſtra habeat duas facies. faciem. ſ. deorſum ad corpus: quã oportet nullatenus recipere aliquã affectionem generis debiti nature corporis. Et aliam facie ſurſuꝫ verſus pꝛicipia altiſſima quã oportet ſemper recipere aliquid ab eo: qȯ eſt illic ⁊ affici ab illo. ex eo autẽ qȯ eſt infra eam generantur mores. ſed ex eo qȯ eſt ſupra eam generantur ſapientie. ⁊ h̃ eſt virtus actiua. ❡ Sed virtus contemplatiua eſt virtus que ſolet informari a forma vniuerſali nuda a materia. ſi autem fuerit nuda in ſe: apprehendere ſuam formã in ſe facilius ẽrit. ſi aũt non fuerit nuda. fiet tamẽ nuda. quia ipſa denudabit eã. ita vt de omnibus affectionibus eius. cuꝫ materia nihil remaneat in ea. ſed qualr̄ hoc fiat poſtea declarabimus. hec aũt v̄tus cõtẽplatiua hꝫ ad has formas cõparationẽ diuerſaꝫ. qꝛ id qȯ ſolet aliq̄d recipe aliq̄n eſt receptibile ei⁹ in potẽtia: aliq̄n eſt receptibile ei⁹ in effectu.

Potẽtia dr̄ trib⁹ modis. F

Potẽtia autẽ tribus modis dicitur ſm̄ prius ⁊ poſterius. dicitur eniꝫ potentia. aptitudo abſoluta. a qua non exiuit aliquid ad hoc in effectu. nec etiam habetur aliquid pro-

## Capitulũ .II.

pter qȯ exeat: ſicut potentia infantis ad ſcribendum. dicitur etiam potentia hec aptitudo quãdiu non habet res niſi id propter qȯ ſit poſſibile eam peruenire ad effectũ ſine medio ſicut potentia infantis ad ſcribendum cum fuerit adultus. ⁊ cum cognouerit encauſtrum. ⁊ calamũ ⁊ ſimplicia elementa. ⁊ dicitur potentia aptitudo cuꝫ ꝑfecta fuerint inſtrumenta. ⁊ ex inſtrumentis acciderit ꝑfectio aptitudinis vt fiat potens faciendi quando libuerit ita vt non ſit ei neceſſe adiſcere. ſed ſufficiat ei vt tantum appetat. ſicut eſt potentia. ſcriptoris perfecti in arte ſua cum non ſcripſit. potentia autem prima vocatur abſoluta materialis. ſecunda autem vocatur potentia facilis vel poſſibilis potentia vero tertia eſt perfectio. perfectionis autem contemplatiue comparatio ad formas nudas quas prenominauimus. aliquando eſt ſicut comparatio eius qȯ eſt in potentia. abſoluta. ⁊ hoc eſt cũ hec potentia. anime nondum recepit aliquid de eo qȯ eſt ꝑfectio. quantum ad eam ⁊ tunc vocatur intellectus materialis ad ſimilitudinem aptitudinis materie p̄me: que ex ſe non habet aliquam formarum. ſed eſt ſubiectum omnium formarum. aliquando eſt comparatio eius qȯ eſt in potentia potentiali: hoc eſt cum impotentia materiali habentur de intelligibilibus prima per ſe nota. ex quibus ⁊ cum quibus acceditur ad intelligibilia ſecunda. ſed prima intelligibilia ſunt propoſitiones quas contingit credere non aliunde. nec quia auditor percipit vllo modo eſſe poſſibile eas aliquando non credere. ſicut ſentimus hoc: qȯ totum maius eſt ſua parte. ⁊ ꝙ eidem equalia. inter ſe ſunt equalia. ⁊ interim dum non acquiritur ei adhuc intentio eius qȯ eſt in effectu niſi hoc modo: tunc vocatur intellectus in habitu. ⁊ poteſt hic intellectus vocari intellectus in effectu. comparatiõe primi: potentia etenim prima non poteſt intelligere aliquid in effectu. ſed hec poteſt intelligere aliquid cum inquiſierit. aliquando eſt ſicut comparatio eius qȯ eſt in potentia perfecta. hoc eſt cum inceperint in ea conſiſtere forme intelligibiles adepte poſt per ſe nota. ſiue intelligibilia prima. ſed non conſiderat illa nec conuertitur ad illã in effectu. niſi veluti ſint repoſite apud eum vt cum voluerit conſideret illas formas ⁊ intelligat eas. ⁊ intelligat eas ſe intelligere: ⁊ vocatur hic ĩtellectus in habitu. eſt enim hic intellectus qui intelligit quotiens vult intelligere ſine labore acquirendi quamuis hic etiaꝫ poſſit vocari intellectus in potentia. comparatione eius ꝗ ſequitur poſt ipſum. aliquando autem eius comparatio eſt ſicut comparatio eius qȯ eſt in effectu abſoluto. hoc eſt cum forma intellecta nunc in preſenti eſt in eo. ⁊ ipſe conſiderat eam in effectu. ⁊ intelligit in effectu. ⁊ intelligit ſe intelligere in effectu. ⁊ ꝙ tunc habet eſſe in eo. eſt intellectus accommodatus ab alio qui vocatur intellectus accommodatus per hoc qȯ declarabitur nobis: qꝛ intellectus in potentia non erit ad effectum niſi per intellectum qui ſemper eſt in actu. ⁊ quia cum coniunctus fuerit intellectus qui eſt in potentia cum illo intellectu. qui eſt in actu: aliquo modo coniunctionis imprimetur in eo. ſm̄ aliquem modum formandi. ille qui eſt accommodatus ab extrinſecis: hi ſunt ordines virtutum. qui nominantur intellectus. ⁊ contemplatiui. ⁊ in intellectu accõmodato finitur genus ſenſibile ⁊ humana ſpẽs eius ⁊ illic virtus humana ꝯfirmatur primis principijs oĩs eius qȯ eſt. ❡ Conſidera ergo nunc ⁊ inſpice diſpoſitiones iſtaꝝ virtutuꝫ. qualiter alie imperant alijs. ⁊ qualiter alie famulant̃ alijs: ⁊ inuenies intellectuꝫ accõmoda

Intelligibilia p̄ma ⁊ ſcđa. Hec eadẽ alfarabi⁹: tractatu de intellectu.

G Uirtutuꝫ gradua tio.

tuꝫ preeſſe. ⁊ omnia alia ſubeſſe illi: qui eſt vltimus finis. deinde intellectui in habitu deſeruit intellectus in effectu: ⁊ intellectus materialis cuꝫ aptitudine que eſt in eo deſeruit intellectui in effectu deinde intellectus efficiẽs deſeruit his oĩbus. ¶ Obligatio eniꝫ aie cuꝫ corpore ſicut poſtea adhuc declarabit. eſt propter hoc vt pficiat̃ intellectus contemplatiuus ⁊ ſanctificet̃. ⁊ mũdet̃: intellectus aũt efficiẽs eſt rector illius colligatiõis anime cũ corpore: intellectui aũt efficiẽti deſeruit extimatio: extimationi aũt deſeruiũt due virtutes. virtus poſterior ea: ⁊ virtus prior ea. virtus aũt poſterior eſt virtus. que retinet qđ reddit extimatio memoriali. virtus aũt prior eſt ſup omnes virtutes vitales. deinde virtuti imaginatiue deſeruiunt due virtutes diuerſaꝝ actionũ: virtus autem appetitiua deſeruit ei cũ obediẽtia: q2 extimatiua iperat ei moueri aliquo modo ꝑceptionis. virtus aũt imaginatiua ſeruit extimatiue: ꝑ hoc ꝙ oſtẽdit ei formas retẽtas in ea: q̃ ſunt apte ad recipiẽduꝫ compoſitionẽ ⁊ diuiſionẽ. deĩde hec dñantur alijs. virtuti aũt imaginatiue ſeruit fantaſia: fantaſie vero ſeruiũt qnq3 ſenſus: virtuti aũt appetitiue ſeruiũt cõcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis. ſ3 concupiſcibili ⁊ iraſcibili ſeruit virtus mouens q̃ eſt in lacertis. ⁊ hic terminãtur virtutes vitales vel ſenſibiles. ¶ Deinde virtutibus vitalibus vel ſenſibilibus ſeruiunt vegetabiles: quaꝝ ꝑma ⁊ caput eſt generatiua. deĩde augumentatiua ſeruit generatiue: poſt nutritiua ſeruit augumẽtatiue: deĩde quattuor v̾tutes naturales ſeruiũt iſtis: ſ3 digeſtiue que eſt vna eaꝝ que ſeruiũt: retẽtiua ex vna parte. ⁊ attractiua ex alia pte. expulſiua vero ſeruit vnicuiq3 iſtaꝝ. deinde quattuor qualitates ſeruiũt his omnibus. ſed calori ſeruit frigiditas. ꝑparat eni ei materiã: vt ſeruet eius eſſentiã. frigiditas aũt nõ h3 ordinẽ in virtutibus: que ꝯueniunt appetitibus naturalibus niſi q̃ſi ſeruitiuꝫ vtilis obſequẽtis: ⁊ his duabus ſeruiũt ſiccitas ⁊ humiditas. ⁊ hic eſt finis graduũ virtutum.

¶ Expleta eſt pars prima ſexti de naturalibus. ¶ Incipit pars ſcđa eius capitulũ primũ de certificando virtutes que ſunt proprie anime vegetabilis.

A Incipiemus nũc ſignificare ſigillatim virtutes quas diximus ⁊ demõſtrabimus eas ex ſuis actionibus. ⁊ ꝑmo ex actionibus virtutũ vegetabiliũ. ſed primo oĩum diſpoſitionẽ virtutis nutritiue. dicemus igit̃ ꝙ ex ꝑmiſſis cognouiſti cõparationẽ nutrimẽti ad nutritũ ⁊ diffinitionẽ vniuſcuiuſq3 illoꝝ ⁊ ꝓprietatem. dicemus nũc ꝙ nutrimẽtũ nõ ſemper permutatur in naturaꝫ nutriti ſubito. ſ3 primo permutatur aliquãtuluꝫ a ſua qualitate. ⁊ aptatur ꝑmutationi in ſubſtãtia nutriẽdi. in quo operat̃ vna ex virtutibus ſeruiẽtibus virtuti nutritiue: que eſt digeſtiua: ⁊ hec eſt que diſſoluit nutrimẽtũ in animalibus. ⁊ preparat illud ad hoc vt diffundat̃ equaliter Deinde virtus nutritiua deducit illud in aĩal ꝑmo ſanguineũ ꝑmutãdo in ſanguinẽ. ⁊ humores ex quibus eſt ꝯſtitutio corporis. ſicut iam oſtẽdimus al's. ſ3 omne mẽbrum habet virtutẽ ꝓpriã nutritiuam. que eſt in eo que ꝑmutat nutrimẽtũ. in ſimilitudinẽ eius ꝓpriã ⁊ vnit ei. ergo virtus nutritiua reſtaurat qđ ſolutũ eſt: ⁊ aſſimilat ⁊ vnit. nutrimẽtũ aũt quãuis plures eius vtilitates ſint ex hoc ꝙ fit reſtitutio eius qđ ſolutũ eſt. nõ tñ ad hoc ſolũ eſt neceſſariũ. ſ3 quia natura primo eget eo ad augumẽtanduꝫ: que poſtea nõ eget eo niſi ad ponendũ illud tñ loco eius ꝙ diſſolutum eſt. ergo virtus nutritiua ex

Digeſtiua.

Nutritiua

viribus aie vegetabilis opatur omni tẽpore vite ſingularis que dũ ꝑmanſerit exercens ſuas actiones. vegetabile ⁊ animale erunt viua: cũ aũt deſtructa fuerit vegetabile ⁊ aĩal non erunt viua. non aũt eſt talis diſpoſitio aliaꝝ virium vegetabilium: augumẽtatiua eteniꝫ opat̃ primo cũ generat̃ aĩal. actionẽ que nõ eſt tm̃ nutritiue: finis enim nutritiue eſt id qđ diffinimus. ſed hec virtus diſtribuit nutrimentũ diuerſo modo: q̃ virtus nutritiua. qđ eni debet virtus nutritiua ex ſe hoc eſt. vt det vnicuiq3 mẽbro de nutrimẽto ſꝫm eius magnitudinẽ. ⁊ paritatẽ ⁊ de nutrimẽto vnit ei ſcđm mẽſurã quã h3 equaliter. augmẽtatiua vero tollit ab vna pte corporis nutrimẽtum quo indigebat: ⁊ addit alij pti. ⁊ vnit ei vt illa ps augeatur potẽtius q̃ alia. miniſtrãte ſibi nutritiua in h̾. ſi eniꝫ eſſet dominiũ nutritiue adequaret illas. aut etiaꝫ plus largiretur parti. cui augmẽtatiua ſubtrahit: verbi gratia. q2 nutritiua cũ ſola fuerit ⁊ eius actio fortior. ⁊ qđ reſtituitur fuerit amplius q̃ qđ reſoluitur: ipſa apponit in latitudine mẽbroꝝ ⁊ ſpiſſitudine eorum augumẽtum manifeſtiꝫ in groſſitie: longitudini aũt eius nõ addit augumẽtuꝫ qđ appareat: augumẽtuꝫ auteꝫ addit multo plus longitudini. q̃ latitudini: ſed addere longitudini difficilius eſt q̃ addere latitudini: in augumentatione etenim longitudinis neceſſe eſt nutrimẽtuꝫ diffundi in mẽbris duris. vt oſſibus ⁊ neruis: per oẽs partes eorum in longum. ⁊ ꝓpagãdo. ⁊ elongando inter eoruꝫ extremitates: in augmento aũt latitudinis aliquando ſufficit carnes augeri. ⁊ oſſa etiam nutriri in latitudine. ita vt non ſit neceſſe multuꝫ infundi in eo ⁊ moueri. aliquando autẽ mẽbra aliqua in principio vegetationis erũt parua: ⁊ alia mẽbra in principio vegetatõis magna: poſtea vero in fine vegetationis eius neceſſe vt id qđ eſt maius fiat minus. ⁊ qđ eſt minus fiat maius. Si aũt dominiũ eſſet nutritiue hoc ſemꝑ procederet eadem ꝓportione. nutritiua aũt ſꝫm qđ eſt nutritiua afficit nutrimẽtuꝫ ⁊ vnit corpori equali modo. aut pene equali. ſicut oꝫ fieri in natura eius vt in groſſicie. S3 augmẽtatiua imperat nutritiue vt diſtribuat nutrimẽtuꝫ ⁊ diffundat illud illic vbi debet augumẽtatiua diuerſo mõ ab hoc ꝙ debet nutritiua. nutritiua aũt deſeruit augm̃tatiue. in h̾ ꝙ nutritiua ſine dubio eſt vniens: ⁊ eſt operans ad nutũ virtutis augmẽtatiue. virtus vero augmẽtatiua non appetit niſi augumẽtare rẽ. ¶ S3 generatiua habet duas actiões. quaꝝ vna eſt creare corpus ⁊ figurare ⁊ formare. altera vero eſt attribuere partibus eius in ꝑmutatione ſcđa formas eaꝝ. ſ. virtutes ⁊ dimẽſiões ⁊ numeros. ⁊ figuras. aſperitatẽ ⁊ lenitatẽ ⁊ his adherentia: ſubiecta gubernatõi eius q ſolus oĩa põt: nutritiua v̾o ſeruit huic nutriẽdo: ſ3 augmẽtatiua ſeruit ei augẽdo ſꝫ ꝙ res meretur. hec aũt actio pficit̃ in ꝑncipio gñatiõis rei: deide remanet gubernatio cõmodata augum̃tatiue ⁊ nutritiue: cũ aũt opat̃ augum̃tatiua q̃ſi circa pfectionẽ. tũc gñatiua iteꝝ excitat̃ cũ duabus miniſtris ſuis ad gñandũ ſemẽ ⁊ ſpma in quo qeſcat v̾tus: q̃ eſt eiuſdẽ ſui gñis. oĩno ãt v̾tus nutritiua appetit h̾ vt ꝑ eã ꝯſeruet̃ ſuba cuiuſl3 ſingularis. ⁊ augm̃tatiua appetit. vt ꝑ eã pficiat̃ ſuba ſingularis. ſ3 gñatiua appetit vt ꝑ eã remaneat ſpẽs: q2 appetere ꝑmanere: ẽ res q̃ venit ex deo in oĩ qđ eſt: ⁊ in ſingulari qđ nõ eſt aptũ ad ꝑmanẽdũ. ſ3 eſt aptũ vt ſpẽs eiꝰ remaneat. excitat̃ virtus ad reparãdũ aliqd vice eius. vt ꝑ h̾ ſeruet̃ eius ſpẽs nutritiua. g̃ reſtaurat qđ reſoluitur ꝺ ſingulari. ⁊ gñatiua reſtaurat qđ reſoluitur de ſpẽ. ¶ Fuerunt autem multi: ex quibus aliquis putauit qđ nutritiua eſt ignis: quia ignis nutritur ⁊ augetur. ⁊ errauit duobus modis. vno quia nutritiua nõ nutrit: ſ3 nu

Arl. 3. de aia tex. 59. ⁊. z. t. 46.

Augm̃tatiua Nutritiue finis.

B

Nutritiua ⁊ augmẽtatiua ſunt circa ſingulare ⁊ gñatiua intendit ſpeciem.

trit et auget corpus.ignis vero ꝛ ſi nutriat. non nutrit
vel auget niſi ſe alio:quia ignis non nutritur.ſed fit in eo
aliquid poſt aliud.ꝛ extinguit̄ ꝙ pceſſit.ſi enim nutrire
tur:ꝛ eius nutrimentum fieret ſm nutrimētū corpore/
um non deberet nutrimētum corpori ceſſare ſicut nutri
mētum ignis non ceſſat:quādiu inuenit materiā.ſ; au/
Arl.z° de aia.t. 4. getur ſemper ſine fine. ¶ S; mirabilius eſt ꝙ dixit au
ctor huius ſententie.ſ.ꝙ arbores ideo radicant̄ deorſum:
quia terrenitas mouet eas deorſum ꝛ attenuant̄ in ra/
mis ſuperius.primus autē error ipſius fuit hic.ſ.ꝙ mul
torum vegetabilium grauiores ſunt rami. ꝙ̃ radix. ſe/
cundus autem ꝙ propter hunc motum. cur non ſepa/
rantur partes ꝛ diſcedit graue a leui.ſi hoc autem eſt ex
actione anime attribuamus etiam ſimiliter radicare. ꝛ
ramificare anime:quāuis videt̄ ꝙ in vegetabilibus ſur/
ſum eſt.vbi eſt caput eorum.ſed caput vegetabiliū eſt
Arl.z. de aia.t.38. radix eorum:quia inde oriuntur:deinde primum inſtru
mentū huius virtutis eſt calor naturalis calor enī eſt
aptus ad mouendū materias.poſt hec ſequitur frigidi
tas ad faciendum eas quieſcere in ſuis perfectionibus
creaturarum ꝛ conſumat eas. ¶ Sed qualitatū paſſi/
uarū inſtrumētum primum eſt humiditas. ꝛ h̄ eſt que
recipit figuram.quā ſequitur ſiccitas:que conſeruat fi/
C gurā.ꝛ iuuat ad retētionem forme. ¶ Uirtus autē ve/
getabilis que eſt in animali.non generat niſi corpus ani
male:quia eſt animatiua ex qua pēdet virtus animatio/
nis:que eſt differētia inter ipſam ꝛ eā:cum qua cōuenit
in hoc ꝙ eſt virtus nutriēdi ꝛ augmētandi.ꝛ complexa
tur angulos:ꝛ electa.complexione que eſt congrua ani/
mali. ꝙ autē facit hanc complexionē.eſt.virtus cōmu
nis vegetabili ꝛ animali.ſm ꝙ eſt cōmunis.hoc enim
ſcōm ꝙ eſt cōmunis non debet facere cōplexionē pro/
priā.non enim d; facere complexionē propriam niſi in
ipſis:in ipſis enī preter hoc ꝙ eſt nutritiua eſt etiā ani/
malis ꝛ habet in ſua natura vt ſenſificet:ꝛ moueat cum
habuerit inſtrumētū ꝛ ipſa eſt conſeruans illam coniū/
ctionem ꝛ complexionē ſicut cū relata fuerit ad habē/
tia coniunctionē fit coniungens.non enim eſt de natu/
ra elemētorū ꝛ corporum cōtrariorū coniungi per ſe.
ſed de natura habēt ire in partes diuerſas.que non con/
iungit niſi anima propria.Exēpli gratia.vt in palma eſt
anima palmifica.ꝛ in vua anima vuifica.ꝛ omnino ani/
ma que eſt forma ipſius materie.Anima etenī cum ſit
palmifica ſupra hoc ꝙ eſt anima augendi. habet etiam
eſſe anima palmifica.ꝛ in vua anima vuifica:palma aūt
non eget anima vegetabili.ꝛ alia anima ppter quā fiat
palma:non enī habet actiones pter quā vegetabiles.
ſed eius anima vegetabilis habet in ſua vegetabilitate
qua eſt palmifica.ſed anima vegetabilis que eſt in ani/
mali.poſt creationē animalis habet actiones.pter quas
actiones agit ſola ſecundū qͦd eſt vegetabilis tantum:qꝛ
eſt regēs animā animalē.imo eſt certiſſime preter ani
mā vegetabilem:ſi voluerint appellare animam vege
tabilē ex intellectu quo diximus.ſ.generali. ¶ Ex dif/
ferētia vero conſtituēte non puenit vlla anima vegeta/
bilium.ſed ex differentiis quas habet vnūquodq; vege/
tabile per ſe ꝛ non aliud:quia non eſt principium actio/
nis vegetabile proprium tantum. ſed anime vegetabili
animalis differentia qua ſeparatur ꝛ conſtituitur vna/
queq; ſpecies ſub ipſa.eſt virtus anime animalis adiū/
cta illi que aptat illi corpus.ꝛ eſt differentia ad modum
differētiarum quas habent ſimplicia non quas habent
cōpoſita.anima autē humana non pēdet ex corpore : ſ;
habet ſe ad corpus vt forma:ſicut poſtea oſtēdimus.nec
eget vt ſibi preparetur membrum.concedo autē ꝙ ani
matio eius differt ab aliis animationibus.ſimiliter etiā
membra apta ſunt eius animationi.

¶ Capitulū ſcōm de certificando modos apprehenſionū
que ſunt in nobis.

LOquamur nunc de virtutibus ſen A
ſibilibus.ꝛ apprehēdē/
tibus.ſ; loquamur de eis verba generalia.di
cētes:qꝛ videtur ꝙ apprehēdere non ſit niſi
apprehēdere formā apprehēſi aliquo mo/
dorū.ſed ſi apprehēdere eſt apprehēdere rem natura/
lem.tunc apprehēdere eſt apprehēdere formā.alicuius
abſtracti a materia aliqua abſtractione : ſpecies autem
abſtractionis diuerſe ſunt.ꝛ gradus earum multum di/ Abſtractio multiplex.
ſtantes:formis etenī materialibus propter materiam
accidunt diſpoſitiones.ꝛ alia que non habent ex ſua eſ/
ſentia.ex hoc.ſ.ꝙ ipſe ſunt forme. ergo illarum abſtra/
ctio a materia:aliquando eſt abſtractio non ſine illis ap
pendiciis.vel aliquibus earū:aliquando illa eſt pfecta
abſtractio que abſtrahit intellectam rem a materia: ab
aliis appendiciis in materia earum:exempli gratia.for/
ma etenim humana.ꝛ ſubſtantia eſt natura ſine dubio:
in qua conueniunt omnia ſingularia ſpeciei equaliter:
cuius eſt vna diffinitio.ſed quia accidit ei vt exiſteret in
hoc ſingulari ꝛ in illo.ideo multiplicata eſt:hoc autē nō
habet ex natura ſua.ſi enim ex natura humana eſſet.vn
de deberet multiplicari:tunc nō predicaretur homo de
aliquo numero vno. ſi vero humanitas eſſet ex hoc ꝙ
eſt humanitas petri.tunc humanitas non eſſet alterius:
ergo vnum ex accidētibus que accidunt humanitati ex
materia: eſt ſpecies hec multiplicationis ꝛ dimiſſionis:
accidunt autem ei alia preter ꝙ̃ hec accidentia.ſ. quia
cum fuerit in materia acquiretur ei aliquis modus quā/
ti. ꝛ qualis.ꝛ vbi ꝛ ſitus.que omnia ſunt extranea a na/
tura ipſius:quia ſi hoc ꝙ eſt humanitas eſſet ex hoc pre
dicto modo:vel alio modo quāti ꝛ qualis.ꝛ vbi ꝛ ſitus:
tunc ex hoc ꝙ eſt humanitas oporteret vnumquemq;
hominū conuenire cum alio in his intētionibus. ſi aūt
hoc qͦd eſt humanitas eſſet ex alio aliquo modo quanti.
ꝛ qualis.ꝛ vbi ꝛ ſitus:oporteret vt omnes homines cō/
uenirent in illo modo:ergo forma humana ex ſui eſſen/
tia non debet habere accidētia hec:que ſolent ei accide/
re.ſed propter materiā habetur cum illis accidētibus.
ꝛ propter accidētia comparationis que eſt inter eā ꝛ ma
teriā:que comparatio cū remota fuerit deſtruetur ap/
prehēſio ipſa. viſus autem indiget his accidentibus.cū Viſus
apprehēdit formā eo ꝙ non abſtrahit formā a mate/
ria abſtractione vera.ſed eſt neceſſarium materiam ad/
eſſe:ad hoc vt forma hec apprehēdatur in illa: ſed ima/ Imaginatiua.
ginatio ſiue imaginari.eſt cū abſtrahitur forma a mate
ria maiori abſtractiōe:etenī formā capit ſine materia:
ita ꝙ ad hoc vt hoc ſubſiſtat in illa nō eſt neceſſe exiſte/
re mā:qꝛ mā ſiue ſit abſens:ſiue deſtructa: eē tū̄ forme
ſtabile erit in imaginatōe:ꝛ tūc apphēſio ipſius erit ab/
ſtrahēs eā a colligatiōe.quā h; cū mā abſtractione pfe/
cta:ſ; imaginatio nō denudat eā ab accñtibus mālib᷒.
ſenſus etiā nō denudat eā a mā denudatiōe pfecta:neq;
denudat ab accñtibus materie:ſ; imagiatio denudat eā
a mā denudatiōe vera:ſ; nō denudat eā vllo mō ab acci
dētibus materie:forme etenī q̄ ſūt in imaginatiōe ſunt
ſm h̄ ꝙ ſūt ſenſibiles ꝛ ſcōm q̄litatē ꝛ q̄̃titatē aliquā ꝛ ſi/
tū:nō eſt poſſibile imaginatiōi aliquo mō imaginari for
mā in tali diſpōne in qua poſſibile ſit ꝯuenire oīa indiui/
dua illi᷒ ſpēi:hō.n.imaginatus eſt ſicut vnus ex hoībus:
poſſibile eſt autem homines eſſe qui ſunt imaginati:nō
illo modo quo imaginatio imaginauit hominē illum.

Eſtima-
tiua.

¶ Sed eſtimatio parum tranſcendit hunc oꝛdineꝫ ab-
ſtractionis: eo ꝙ apprehendit intentiones immateria-
les. que non ſunt in ſuis materijs: quamuis accidat illis
eſſe in materia: quia figura. ⁊ coloꝛ. ⁊ ſitus. ⁊ his ſimilia
ſunt res quas non eſt poſſibile haberi niſi a materijs coꝛ-
poꝛalibus: bonitas vero ⁊ malicia. ⁊ conueniens. ⁊ incon-
ueniens. ⁊ his ſimilia ſunt in ſe res non materiales. qui-
bus tamen accidit eſſe materialis. ratio autem ꝙ he non
ſunt materiales. hec eſt. ſ. ꝙ ſi he eſſent materiales ex ſe
ipſis. non intelligerentur bonitas vel malicia vel conue-
niens vel inconueniens. niſi accidens coꝛpoꝛi. intelligū-
tur autem ſine coꝛpoꝛe: conſtat ergo ꝙ he in ſe nō ſunt
materiales. ſed accidit eis eſſe in rebus materialibus. ex-
timatio autem non apprehendit. neqꝫ aſſequitur niſi ſi-
milia hoꝛum. ergo extimatio apprehendit res materia-
les ⁊ abſtrahit eas a materia. ſicut apprehendit etiaꝫ in-
tentiones non ſenſibiles: quamuis ſint materiales. ergo
hec abſtractio purioꝛ ⁊ vicinioꝛ eſt ſimplicitati ꝙ̄ due
prime. ſed cum hoc tamen non expoliat foꝛmam hanc
ab accidentibus materie: eo ꝙ particulariter appre-
hendit eam ſm̄ pꝛopꝛiam materiam. ⁊ ſm̄ comparatio-
neꝫ eius ad illam ⁊ ligataꝫ cum foꝛma ſenſibili. ⁊ ſtipa-
tam accidentibus materie. ⁊ eſt ꝯueniētia imaginatiōis
cū illa. ¶ Sed virtus in qua foꝛme exñtes nō ſunt ma-
teriales vllo modo nec accidit eis eē materiatas. nec foꝛ-
me ſunt rerum materialiuꝫ: ſed denudate ab omni colli-
gatione eſt materia conſtat: quia compꝛehendit foꝛmas
apprenſione nuda a materia omni modo: in eo auteꝫ ꝙ
ex ſeipſo nudum eſt a materia. res manifeſta eſt. ſꝫ id qđ
habet eſſe cum materia. aut cuius eſt eſſe materiale. aut
cui hoc accidit. abſtrahit a materia. ⁊ ab omnibus appē-
ditijs ex materia que ſunt cum ipſa. ſed apprehendit id
apprehenſione nuda. ita ꝙ ſit exempli gratia ſicut ho-
mo qui pꝛedicatur de pluribus. ⁊ ita ꝙ apprehēdit mul-
ta in vnam naturaꝫ ⁊ ſequeſtrat illud ab omni quantita-
te. ⁊ qualitate ⁊ vbi ⁊ ſitu materialibus. niſi enim denu-
daretur ab hoc non eſſet aptū dici de omnibus. ⁊ in hoc
differunt appħēſio iudicantis ſenſibilis: ⁊ appħenſio iu-
dicantis imaginabilis. ⁊ appħēſio iudicantis extimabi-
lis: ⁊ apprehēſio iudicantis intelligibilis. ⁊ ad hanc intē-
B tionem duximus hoc verbuꝫ in hoc capitulo. ¶ Dice-
mus autem ꝙ ſentiens habet in ſua potentia finali. ſicut
ſenſatum in effectu. ſentire eteniꝫ eſt recipere foꝛmaꝫ rei
nudam a ſua materia. ita vt infoꝛmetur per eaꝫ ſentiēs.
videns ideſt mutari a foꝛmis ſenſibilibus que ſunt ex-
tra in rebus ſubiectis. eſt ſicut viſum in potentia. ſimili-
ter palpatum. ⁊ guſtatum ⁊c̄. pꝛimum enim ſenſatū cer-
tiſſime eſt id qđ deſcribitur in inſtrumento ſenſus. ⁊ id
apprehendit: videtur autem ꝙ cum dicitur ſentiri ꝙ eſt
extrinſecus intellectus eius eſt pꝛeter intellectum ſen-
tiēdi in anima. intellectus eniꝫ huius qđ dicitur ſentiri
extrinſecus eſt qđ eius foꝛmā aſſimilata eſt in ipſo ſen-
ſu. ſed intellectus ſentiendi in anima non eſt ꝙ ipſa foꝛ-
ma eius effigiata ſit in pꝛopꝛio ſenſu. ⁊ ꝓpter hoc diffici-
le eſt conſtituere eſſe qualitatum ſenſibilium in coꝛpo-
ribus. ſed certiſſime ſcimus ꝙ cum aliquod coꝛpus affi-
cit ſenſum: ſed ipſum non afficitur. qđ in ipſo eſt pꝛopꝛia
qualitas: que eſt pꝛincipium permutandi ſenſum ſenſu
nō permutante ipſum. ¶ Sed democritus ⁊ alia ſecta
naturalium. non poſuerunt iſtis qualitatibus eſſe vllo
modo. ſed figuras quas ponunt in athomis poſuerunt
cauſas diuerſitatis eius: quo afficiūtur ſenſus ꝓpter di-
uerſitatē oꝛdinis ⁊ ſituum earum: dicētes ꝙ ꝓpter hoc
vnus homo ſentit pannum vnum duoꝛum diuerſoꝛum
coloꝛuꝫ ſm̄ duos intuitus eius: pꝛopter quos variantur
comparationes eius que ſunt ad ſitus vnius rei in ſe. ſi-
cut colum colūbe: qđ aliquādo videtur cerulei: aliqñ ru-
bicundi. aliquando coloꝛis aurei ſm̄ diuerſitatem ſituū.
⁊ ob hoc vna ⁊ eadem res eſt homini ſano dulcis: ⁊ infir-
mo amara. ⁊ iſti ſunt qui poſuerunt ꝙ qualitates ſenſi-
biles non habent certitudinem in ſe: ⁊ ꝙ non ſunt niſi fi-
gure. ¶ Fuerunt autem alij qui non tenuerunt hāc ſen-
tentiam. nec poſuerunt iſtis qualitatibus certitudinem
in coꝛpoꝛibus. ſed dixerunt ꝙ he qualitates non ſunt ni-
ſi paſſiones tantum ſenſuum. ita ꝙ in ſenſibilibus nihil
eſt de eis. iam autem oſtendimus deſtructionem huius
ſentētie. ⁊ oſtēdimus ꝙ in aliquibus coꝛpoꝛibus ꝓpꝛie-
tas eſt que afficit ꝓpꝛietatem lingue. exempli gratia. id
. ſ. qđ vocamus dulcedinem cum guſtamus. ⁊ alia coꝛ-
poꝛa habent aliam pꝛopꝛietatem certiſſime quam voca-
mus guſtum. ⁊ nihil aliud. ſed ſentētie auctoꝛum de figu-
ris iam deſtruximus fundamentuꝫ in pꝛemiſſis. ſed ad
huc etiām patefiet deſtructio eius: ſi enim ſenſatuꝫ eſſet
figura. opoꝛteret vt cuꝫ tangeremus figuram. ⁊ apprehē-
deremus eam per ſe non cum pupilla. videremus etiam
coloꝛem eius: vnum enim ſentiēs ex vna parte apprehē-
dit vnum quid. ſed cum apprehēſio fuerit ex vna parte
id qđ de illo non apprehēditur: aliud eſt ab eo ꝙ appre-
hēditur: coloꝛ igitur aliud eſt a figura. ſi autem dicitur
ꝙ vna res afficit duo duabus affectionibus diuerſis: cu-
ius vna affectio in vno ſit tactus. ⁊ eius affectio in alio vi-
ſio. ſi ita fuerit ipſa figura non erit ſenſata. ſed figura erit
affectio diuerſa per quam afficit in diuerſis ſenſibus ali-
um ꝙ̄ illa. ſenſibile etiam coꝛpus eſt. quod ſicut ipſi te-
nēt nō afficitur niſi ex figura. erit ergo vt ſenſibile non
afficiatur niſi ex figura. vna ergo eadem res afficitur in
vno inſtrumēto vna figura. ⁊ in alio alia: ſed ſm̄ eos nul-
la figura eſt que non poſſit tangi: ergo hoc viſibile etiaꝫ
poſſibile eſt tangi. conſtat autē ꝙ in coloꝛe contrarietas
eſt: ⁊ pꝛeter hoc etiaꝫ in ſapoꝛe. ⁊ pꝛeter hoc etiā in alijs.
in nulla autem figurarum eſt aliquid contrarietatis: iſti
etiam certiſſime ponunt ꝙ omne ſenſatum eſt tactum.
ipſi etiaꝫ ponunt ꝙ de viſu aliquid emittitur: qđ tangit
idem. ſed ſi ita eſſet opoꝛteret. vt qđ tāgitur duobus ſen-
ſibus eſſet tantuꝫ figura. miruꝫ eſt autem ꝙ obliti ſunt
figuras non apprehendi niſi cum fuerint ibi coloꝛes aut
ſapoꝛes. aut odoꝛes. aut alie qualitates. ⁊ ꝙ nullo modo
ſentitur figura nuda. ſi autem fuerit hoc. tunc ex hoc ꝙ
figura nuda cum ſit ſenſibilis afficit ſenſum aliqua iſta-
rum affectionum. ⁊ pꝛeter figuralitatem affirmatum eſt
eſſe iſtarum affectionum: ⁊ quia non eſt ipſamet figura.
⁊ conſtat quia ſenſus non ſentit figuram nudaꝫ. niſi ſen-
tiat cum ea aliud. ¶ Dixerunt etiam aliqui antiquoꝛuꝫ C
qđ poſſibile eſt: vt anima alio modo ſentiat ſenſibilia. ſi-
ne medijs. ⁊ ſine inſtrumētis. ſed media ſunt ſicut aer.
exempli gratia. viſuꝫ: inſtrumēta vero ſunt ſicut oculus
viſui. vnde hi pꝛocul ſunt a veritate. ¶ Si enim ſentire
haberet anima ꝑ ſe ipſam ſine inſtrumentis. tunc hec i-
ſtrumenta eſſent score ocioſa in creatura ⁊ inutilia. Iteꝫ cum
anima ſm̄ eos aliud ſit a coꝛpoꝛe non habens ſituꝫ: im-
poſſibile eſt tunc aliqua coꝛpoꝛa eſſe ꝓpinquioꝛa ei: ⁊ ac-
cidētia ad ipſam. ⁊ alia remotioꝛa ab ea ⁊ occultata: que
non ſentiat. ⁊ omnino opoꝛtet vt nō ſit diuerſitas in ſitu
coꝛpoꝝ quātuꝫ ad ipſam. nec occultatio nec manifeſta-
tio: he. n. diſpoſitiones coꝛpoꝝ ſunt. ⁊ circa coꝛpoꝛa. ⁊ oꝫ
vt aīa aut ſit apprehēdens oīum ſenſibiliū aut nullius.
ita vt nō poſſit abeſſe aliqđ ſenſatū ab eius appħēſiōe.
h eni abſentia eſt alicuius rei q̄ eſt diuerſa a pſentia ei⁹
⁊ his duobus modis poteſt id quod paruum eſt vincere vel inficere id quod eſt multū.ſed certe paruū non vincit multū in quātitate:ſed fortaſſis in qualitate apparendi. Si aūt poſuerint ꝙ hic exiens parum penetret in aerē. ⁊ non peruenit ad rē viſam:⁊ poſtea aer remotus reddit ei:⁊ ipſe viſui aut ꝙ aer reddit ei propter ſuā perſpicuitatem tantū ſine permutatione.cur ergo ipſe nō reddit pupille:⁊ excuſat laborē egrediendi ſpiritū ad aerē:qui eſt expoſitus nocumētis? Si vero fuerit propter permutationem:iam diximus de hoc qđ dicendū fuit.deinde aer pupille cui nō permutatur:ita ꝙ nō egeat ſpiritu.

¶ Capitulum. VI.de deſtruendo ſententias eoꝝ per ea que dicta ſunt de ſententijs ipſoꝝ.

A

ACcedamus nunc ad euacuandum aliqua inconuenientia que ſequuntur ex poſitionibus eoꝝ ex quibꝰ eſt id quod dixerunt:ꝙ partes exeūtes de viſu reuerberantur ab alijs corporibus ad alia: ⁊ cum viderint vnū corpus reuerberantur inde ad aliud corpus:⁊ vident illud aliud corpus:ad quod reuerberātur:exempli gratia:cum peruenerint ad ſpeculum reſultant inde ad aliud corpus:⁊ vident illud etiā.ergo videntur ea ſimul.ergo vnū quid videtur duo ſimul:⁊ videtur ꝙ vnum eoꝝ videat ſe in altero. Hanc autē poſitionem conſequuntur obiectiones. Quarum vna eſt ꝙ reuerberatio huiꝰ radij aut eſt ex duro:aut ex leni:aut ex vtroqꝫ: ſed hec reuerberatio aliquādo videtur ex leni:qđ nō eſt durum ſicut aqua.ergo durities non eſt cauſa.reſtat ergo vt eius cauſa ſit lenitas:aut poſtq̄ꝫ cauſa eſt lenitas neceſſe eſt vt ſufficiat ad hoc qualiſcunqꝫ lenis ſuperficies fuerit:aut vbi egeat ſuperficie leni:que ſit partium continuarum. Si autē hoc membrū fuerit neceſſe:impoſſibile eſt illum reuerberari ex aqua:eius enim ſuperficies ſecundū eos:non habet continuitatem ꝓpter multos poros quos ponunt eſſe in illa:qui ſunt cauſa propter quā poteſt videri perfecte qđ eſt poſt illam. Si autē non eſt neceſſaria continuitas:oportet vt hec reuerberatio ſit in omnibus corporibus:quāuis ſint aſpera:naꝫ cauſa aſperitatis eſt angulus:aut qđ videtur angulis eius qđ eſt cōcauum ante pupillam. Omne autē anguloſum neceſſario habet aliquam ſuperficiem:in qua non eſt angulus:⁊ eſt lenis:alioquin anguli tenderēt in infinitum:aut diuiſio corporum terminabitur in partibus non habentibꝰ ſuperficies:⁊ hec vtraqꝫ falſa eſt.ergo omnes corporis ſuperficies compoſite ſunt ex ſuperficiebus lenibus.oportet ergo vt in vnaquaqꝫ ſuperficie fiat reuerberatio: aut vt dicatur vnum de duobus.ſ.ꝙ aut in ſuperficiebꝰ paruiſſimis non reuerberatur radius:aut ꝙ in ſuperficiebus diuerſorum ſituū reuerberatur radius ad partes diuerſas:⁊ diſgregatur illud reuerberatum:⁊ non apprehenditur de illo aliquid propter priuationem coniunctionis: ſed prima pars diuiſionis falſa eſt.notum eſt enim ꝙ ſi de viſu exit corpus qđ ſubito diffundat̄ per hemiſperiū mundi:illud qđ primum exit:exit vnitum: ⁊ quo magis elongatur vertitur in minores partes.⁊ magis diſgregatas:⁊ vt cum reuerberatur vnaqueqꝫ pars eius: ⁊ vnaqueqꝫ ſūmitas ſubtilis linee eius: ſine dubio non offendit niſi in partem que eſt equalis ei:⁊ reuerberetur ab illa:⁊ ad hoc nec ꝓdeſt nec obeſt id quod eſt preter illam: ſed fortaſſis ſi ſuperficies lenis in quā offendit fuerit minor ea non reuerberatur in ea. Nos aūt cum conſideramus hoc non inuenimus ꝙ cauſa ⁊ neceſſitas prohibendi reuerberationem in rebus exiſtentibus apud nos ſit hoc:qđ paruiſſime ſuperficies eaꝝ ſunt multo minores ſūmitatibus linearum radij offendentibus in ipſas:ali quando enim accidit vt aliquid ſit aſperū:⁊ ſcimus certiſſime ꝙ partes eius que habent ſuperficies lenes:habent quantitates quas nō dubitamus eſſe maiores quātitatibus ſūmitatum exeuntiū radiorum:⁊ propter hoc non reuerberantur in illis:⁊ hoc eſt ſicut vitrum contritum:⁊ ſal ⁊ criſtallus confracta ad modum ſimille:quoꝝ partium ſuperficies ſcimus veriſſime eſſe lenes: ⁊ non ſunt adeo paruiſſime:vt ſint minores ſūmitatibus exeūtis radij:que cū coniunguntur nō reuerberatur in eis radius:imo etiam nec in alijs maioribus q̄ꝫ ſint hec.deinde impoſſibile eſt vt corpora contrita terrena recipiant diuiſionem in partes que ſint minores partibus quas recipit corpus radiale:cum diuidatur in filas: ita vt pars conſtricti ſit minor ea in quā diuiditur diſſolutū. Deinde ſi cauſa reuerberationis in leni eſt priuatio penetrabilitatis ⁊ repercuſſio retro.hoc totum eſt in aſpero. Si autem nō eſt repercuſſio:niſi priuatio penetrabilitatis.tūc non debet reuerberari ab alio:corpus etenim non habet ex natura motus diuerſos:ſed ex violentia. Tu ſcis antē ꝙ cum lucidum receperit illud naturaliter non repercutiet retro niſi per violentiam. ¶ Deinde lenitas non eſt de affectionibus agentibus in corpora vt mutet naturaꝫ eius qđ offendit in eam:nec eſt de virtutibus repellentibus a ſuis corporibus aliquid:ita vt elongare faciat corpora a ſe:ſi enim lenitas eſſet cauſa elongādi corpora.tūc elongaret qđ eſt inter illa:in quocūqꝫ ſitu eſſet ⁊ oporteret viſum reuerberari a ſpeculo:qđ tangeret radius exiens lineatus in eo:non cum offenderet in illud ſūmitate tantum. Si autem cauſa reuerberationis eſt repercuſſio retro aut tumor:ſicut accidit pille: deberet reuerberari ab omni corpore:qđ non penetrat:quāuis nō eſſet lene. ¶ Sed ſm̄ ſententiam auctorum de ſimulacro poterit hoc dici.ipſi enim ponunt lenitatem cauſam reddendi ſimulacrum:⁊ ꝙ omnis lenitas ſiue ſit parua:ſiue ſit magna:cauſa eſt reddendi ſimulacrum aliquod:ſed ſimulacra que reddunt paruiſſime ſuperficies ſunt adeo parua: ꝙ non cognoſcit ea viſus:⁊ ideo non ſentiuntur. Ponunt etiam ꝙ in corpore aſpero permiſcetur obſcuritas cum lumine ⁊ obſcuratur quicquid ſubſiſtit in eo:⁊ quicquid ſupereminet eſt adeo paruum ꝙ nō poteſt reddere ſimulacrum viſui. Si autem eſſet planum non contingeret iſtud. ¶ Sed auctores reuerberationis ꝓpter huiuſmodi paruitatem non excuſantur a priuatione reuerberationis. Si autem cauſam huius non ponunt paruitateꝫ: ſed diſgregationem:ipſa diſgregatio inuenitur etiam in ſpeculis ſignatis talibus figuris: ꝙ radius reuerberatur ex illis ad hemiſperium mūdi perfecte:ſicut ſcitur in ſcientia de ſpeculis:⁊ fortaſſis reuerberatio ex aſpero:nō tantū diſgregat radium: quantum illa ſpecula figurata: ſed fortaſſis concurrūt linee multe ad vnū punctū. Hec eſt vna de obiectionibus. ¶ Secunda vero obiectio eſt ꝙ quomodo aliquando reuerberatur ab aqua ⁊ aliquādo penetrat eaꝫ:oportet enim tunc vt in altero iſtoꝝ defectus contingat propter alterum: ſcilicet vt aut viſum ſub aqua non videatur integre:ſed videantur de eo puncta penes ſenſum diſtincta:non habentia perfectam formam:aut vt reuerberans in illud:nō videatur omnino: ſed videantur de eo puncta penes ſenſum diſtincta que non habeant integram formam:quāuis vnum videatur perfectius:⁊ forma alterius comparatione huius videatur imperfectior. Non autem ita ſe habet res. ¶ Obiectio autem tertia eſt:ꝙ reuerberatum ab aliquo:a quo deſcendit: ⁊ continuatur alij per quod videntur poſtea due eorū forme ſimul:neceſſe eſt vt aut ꝓpter ſeparationem radij reuerberati:non debeat forma ſenſati: ſepa

rari a radio:aut vt debeat. Si aũt nõ debet tunc cur non videmus cũ auertimur ſpeculum a quo diſceſſit radius. neſcimus enim cauſam huius.niſi qꝛ iactus radij:mutatus eſt alr̃s. Si aũt propter ſeparationem forma debet ſeparari a radio:tunc quomodo vidẽtur forma ⁊ ſpeculuȝ ſimul in vna hora. Si aũt id qð de radio exiſtit in ſpeculo ipſuȝ eſt qð videt formã ſpeculi.⁊ id qð de illo deſcẽdit ab eo:ipſuȝ eſt qð videt formã alterius rei.tunc iã appropriata eſt vnicuiqꝫ viſoꝝ aliq̃ pars radij.oportet ergo vt non videanť ſimul.ſicut cũ radius iactatur in platonẽ:⁊ radius in ſocratẽ:vna oculi apertione videnť ſimul.nec oportet ꝓpter illum:vt qð videtur de platone videať nõ diuerſum ab eo qð videtur de ſocrate. Si autem dixerunt cauſam huius eſſe ꝙ radius reddit formaȝ ſm vnam lineam:⁊ reddit formam anime ductu illius linee:⁊ ꝙ vna tantũ linea eſt que ſimul reddit hoc ⁊ illð:⁊ quicquid videtur vna linea totum videtur vnũ in loco.dicemus primo deſtructã eſſe hanc ſententiam:cum negabatur ꝙ linea exiens ſit videns exterius.ſed tantum reddens.ſecundo qð non negatur egredi linea que offendat in lineã reuerberatam ⁊ continuetur ei. Si aũt ipſa reddit per id quod ↄtinuatur ei de lineis.⁊ virtus que eſt in oculo ſentit. Non autem exiens:tunc oportet vt videatur res duabus lineis ſimul:⁊ vt videatur forma cũ ſpeculo:⁊ cum alijs:⁊ oportet vt multotiens accidat videri rem geminatam:non propter cauſaȝ que ſit in viſu.ſed propter cõtinuitatem linearũ radij.quo videntur ad vnam lineaȝ Hoc aũt non eſt:nec cõtingit:non eſt enim poſſibile nobis videre aliquid in ſpeculo:⁊ per ſe niſi cum oppoſituȝ fuerit viſui. Si vero non fuerit oppoſitum: videbimus illud ſicut ſpeculum tm̃. Sit autẽ ſecundum ſententiam eorũ a.punctum viſus:⁊ b.locus ſpeculi.⁊ linea b.c.egrediatur de oculo.⁊ reuerbereť a corpore qð eſt contra c.⁊ alia linea a.d.egrediatur:⁊ interſecet lineã b.c.in puncto e.⁊ illic coniungatur ei.dicemus ergo ꝙ ſm ſententiã eorum oportet vt forma d.videatur cum forma d.c.⁊ vt videatur forma c.a duabus ſũmitatibus e.⁊ b.⁊ duabus lineis e.a.⁊ b.a.partes enim harum lineaꝝ que egrediuntur ab oculis aut erunt continue:aut,contingentes ſe. Si aũt fuerit continue:⁊ quedã eaꝝ ſolent recipere affectionem aliquaꝝ ſicut diximus ita ꝙ ambe reddunt pupille:⁊ affectio fuerit in toto ipſo corpore:⁊ non fuerit in alia eius ſuperficie que ſit propria alicuius partis.nec fuerit redditio illa volũtaria:nec artificialis:ſed naturalis.tũc patiens cũ offenderit in agens qð agit offendendo debet pati ex eo iudicium enim de exitu aptitudinũ naturaliũ que ſunt in ſubſtantijs reꝝ ad effectũ eſt:vt natura aptitudinis ſit in eſſentia patiẽtis:q̃uis non ſit ꝓpter cauſaȝ alicuius:qð ſit de natura agentis:⁊ vt res ex qua eſt actio ſit in natura agentis:quãuis patiens quaſi non ſit:⁊ cum hoc ita fuerit exitus ad effectũ non erit niſi quantum de vno coniungitur alteri. Cũ aũt agens peruenerit ad patiens.⁊ remota fuerit media.⁊ hoc.ſ.in quo eſt virt⁹ agentis.⁊ hoc in quo virtus patiendi:oportet vt actio ⁊ paſſio que eſt inter illa ꝑueniat naturaliter quocũqꝫ modo fuerit continuitas.angulus etenim qui eſt ibi aliquo modo.ſi eſt nõ ꝓdeſt illi quicq̃.nec priuatio penetrabilitatis,nec finibilitas tranſlucentis.ſ.aeris apud ſpeculuȝ efficit ibi aliquid:qꝛ tantũ deeſt vt finiatur penetrabilitas.⁊ continuenť ei linee quantũ ſi ſit infinita ⁊ ↄtinuẽtur ei linee.

B Agens etenim debet agere:⁊ patiens debet pati. ¶ Si aũt forma ⁊ quaſi affectio non fuerint in toto ipſo corpore radij:qui diffunditur:ſed in vna tm̃ eius ſuperficie:aut in puncto qui eſt finis eius ⁊ terminus:⁊ non ad partem ipſius linee.ſ.e.d.ad hoc vt ex ea parte ↄtinuetur ei ⁊ patiatur ab ea.ſed nõ in extẽſione illius linee: oportebit tũc vt non patiatur inter principiũ linee:⁊ eius ſũmitatẽ:⁊ vt forma cadat ſubito a ſuperficie ↄtingente eã in aliã ſuperficiẽ ſine paſſione partiũ mediaꝝ:in continuo etenim nõ eſt inciſio in effectu:aut oportebit vt redditio fiat per lineã directã:que eſt a.b.⁊ non fiat per angulũ qui eſt ante e.punctũ etenim ſiue angulus accidentia ſunt rectitudini.⁊ hoc eſt qð nunquã dictũ fuit.ergo manifeſtũ eſt:qꝛ paſſio linee e.a.a linea c.e.eſt ſicut paſſio linee b.a.a linea e.b.ſed tanto oportet amplius:quanto ꝓpinquius eſt.ergo forma c.debet reddi vtriſqꝫ lineis que ſunt e.a ⁊ b.c. oportet ergo videri c.nõ vnũ tm̃:ſȝ duo.oportet etiã reddi forma d.cũ forma c. Ipſi aũt ponũt ꝙ forma b.reddiť cũ forma c.ergo oportet videri tres formas que ſunt d.c. b.ſimul.hoc aũt totũ nõ eſt ita.ſilr̃ etiã ſi eẽnt ↄtingẽtes: nã ſi vnaqueqꝫ partiũ ipſaꝝ lineaꝝ reciperet affectionẽ in toto ſuo corpore:ſequereť ex tactu vt actio ⁊ paſſio.trãſiret ab vna parte ad aliquã:que eſt añ ſe. Si aũt nõ eſt ita:ſȝ in ſuperficiebus que ſunt oppoſite viſo.tũc nõ oȝ viſuȝ reddi viſui per aliquẽ anguloꝝ:qui ſunt extra illã ſuperficiẽ. Si aũt interrogauerint nos dicentes cur ↄcedistis ꝙ redditio hui⁹ forme cadat in rectitudinẽ ſm aliquã affectionẽ alioꝝ viſuũ tangentiũ eã:⁊ nõ alioꝝ: Dicem⁹ qꝛ certe nos nõ dicimus ꝙ lux ſit:ideo ꝙ eſt recipiẽs aliquid de deſcriptionib⁹:⁊ de formis ad trãſferẽdũ eas ad aliud vllo modo.ſȝ dicemus ꝙ illuminatũ ſolet reddere formã ſuã ſibi oppoſito:niſi fuerit inter ea aliqd interpoſitũ:qð eſt coloratũ.ſcȝ ſi mediũ fuerit tranſlucens.ſi vo mediũ prius eſt recipiens:⁊ poſtea reddens:redderet oĩbus viſibus quocũqꝫ modo eſſet ſitus eius:ſicut reddiť calor oĩbus tactib⁹ quocũqꝫ modo ſit ſitus eius. ¶ De his aũt que debent queri in hoc loco eſt ꝙ ſepe videmus formã ⁊ dimenſionẽ forme ſimul vna hora.⁊ videmus ea ſeꝑata.ſ.qꝛ videmus in ſpeculo ſimulacrũ alicui⁹ rei.⁊ ipſa videmus ꝑ ſe ſeꝑatim:⁊ hoc totũ ſimul:⁊ fortaſſis hȝ nõ ↄtingit niſi ex duabus lineis radij:quaꝝ vna dirigiť ad ipſuȝ in directũ ⁊ alia ꝑ anguluȝ reuerberationis:ↄſideramus ergo hoc ſi eſt poſſe:an impoſſibile.dicemus ergo ꝙ ꝑꝑ iactũ duaꝝ lineaꝝ radij in rẽ viſaȝ nõ deberet res duo videri.radij etenim ſm eos quo magis ↄuenerit ꝑtes ſuꝑ rẽ viſaȝ.⁊ denſate fuerint certi⁹ depꝛehẽdẽtur.⁊ lõgi⁹ ab errore numeri:precipui etenim ex illis ↄcedunt hoc:⁊ nõ ↄcedũt ꝙ cũ vnus radius viderit vnã rẽ tm̃ ſit vna.⁊ cũ alius radius ceciderit ſuꝑ eũ ⁊ coniunctus fuerit ei.ſit ꝓpter hoc error in viſu:q̃uis impoſſe eſt eſſe vt vnã rẽ ↄtingant duo radij ſil:ſiue ſint duo radij ꝑ̇ncipaliter:ſiue ſint duo radij:ꝑ̇ncipalr̃ vnus:⁊ alius ex reuerberatiõe.radi⁹ etenim ſm eos corp⁹ eſt.corp⁹ aũt nõ penetrat corpus:ſȝ eſt poſſe vt radius cadat ſuꝑ radiũ:⁊ ſi inceſſerimus hac via nõ erit viſio illoꝝ vtrorũqꝫ.ſ.forme rei cui⁹ eſt forma ad modũ tãgendi:ſȝ videbiť vnũ ꝑ tactũ:⁊ aliud ꝑꝑ receptionẽ ex illo:⁊ nihil intereſt an vtriqꝫ radij ſint extremitates lineaꝝ exeuntiũ in directũ aut vn⁹ ſit ſic:⁊ alius ex latere ꝑ reuerberationẽ.g̃ ſi aliq̃ cã eſt hec:nõ eſt idcirco ꝙ duo radij cadãt ſuꝑ vnã rẽ abſolute.ſed hoc pacto ꝙ vnus radius ſolus cecidit ſuꝑ ipſuȝ:⁊ alius cecidit ſuper ipſuȝ:⁊ ſuper aliud etiã. Hec aũt diuiſio deſtruiť ex duobus ſpeculis ſibi oppoſitis.radij.n.hi non diuidunť ſm hũc modũ:ſȝ ſi fuerint ibi ꝑtes radij erũt cadentes ſuper vtrũqꝫ eoꝝ ſimul:⁊ cũ hoc viſus videbit vnũqðqꝫ ſpeculũ:⁊ ei⁹ ſimulacrũ:vna via ſȝ duo radij hic nõ diuidunť. nec eſt poſſe vt vnus radius reddat vnũ ſimulacrũ:⁊ ali⁹ aliud.vnuſqſqꝫ.n.eoꝝ apprehẽdit id qð alter:⁊ apꝑ̃hendẽs eſt vn⁹.oportet g̃ id apꝑ̃hẽdens:⁊ hoc nõ ſint duo.qꝛ oportet vt viſus apprehendat formam. vniuſcuiuſqꝫ ſpe

culi ſemel.⁊ nõ multotiẽs. Si aũt frequẽtatur ꝓpter reuerberationẽ:⁊ potuerimus excuſare illud alia leni excuſatione violẽtie ⁊ ſuſtinuerimus illud credere:non oportet ꝓpter hoc eẽ ibi iterationẽ.ergo cur ex vnoquoqꝫ ſpeculo redduntur ſimulacra multa:ita vt vnũ ſpeculuꝫ videat̃ multotiẽs:cũ ipſum videat̃ ſemel:ſicut eſt ⁊ multotiens eius ſimulacrũ.Si aũt dicit̃:ꝙ q꜡ radius reuerberat̃ ab hoc ſpeculo in illud.ideo videtur illud ſpeculũ in iſto.⁊ deinde q꜡ iteꝝ reuerberat̃ ab illo in iſtõ idcirco illud videt̃ in iſto:cur quũ iterũ reuerberatus fuerit nõ videtur:ſicut primo viſuꝫ fuit. Si aũt dicit̃ ꝙ ṗmo viſum fuerit vna parte radij.⁊ ſcd̃o alia parte radij.ſi ꝑtes fuerint reddẽtes.⁊ nõ vidẽtes nõ reddet aliud niſi ipſuꝫ idẽ ſimulacrũ:⁊ ex diuerſitate iactuũ ipſoꝝ ſuꝑ illud:cũ ipm ſit vnũ nõ ꝓueniet diuerſitas in viſu. Hoc aũt iã declaratũ eſt.ipſi.n.tenẽt ꝙ partes reuerberati ꝑtrãſeunt ſuper viſuꝫ a quo reuerberãtur.⁊ tũc oportet vt ad partes illas trãſferat̃ forma eius.⁊ cũ hoc non oportet ꝑꝑ ſuã mutationẽ ſuꝑ illas vt augeat̃ numerus ei⁹ qđ apprehenditur primo:⁊ qđ apprehendit̃ ſcd̃ario.qđ.n.ex forma redditur vnũ eſt.ſi aũt partes fuerint ꝑ ſe videntes ſequet̃ ꝙ diximus:cũ negauerimus videri ſimulacrũ reuerberatũ ſuper illas.deĩde oportebit vt nõ videãtur ſimulacra paulopoſt cũ ipſa fuerint minora. ¶ Et fortaſſis dicet̃ ꝙ radius poſtq̃ ſepe repcutitur:longius fit eius ſpatiũ.⁊ propter hoc in vnaquaqꝫ vice videt̃ minus ⁊ differt ṗmũ a ſcđꝫ in paruitate.oportet ergo primũ vt linee radiales cũ denſate fuerint ex reuerberatiõe nõ ſint quaſi vna linea que eſt groſſior ⁊ fortior q̃ꝫ ṗma.ſed vt remaneant linee recuruate alie poſite circa alia ſeruata exiſtentia eoꝝ in eo ꝙ ſunt vnite.ſed h̾ iudiciũ incredibile eſt:⁊ cũ hoc nõ concedit̃ apud eos ꝙ paruitas in longitudine ſm̃ angulum recuruata ſit quanta eſt in longitudine directa deinde quid dicent de ipſo eodẽ viſo:cũ elongata fuerint ſpecula a ſe in duplũ illius ſpatij qđ eſt inter reuerberatões:nõ videbitur paruiſſimũ exempli gratia:ſicut ſi reuerberaretur viſus a ſpeculo a.ad ſpeculuꝫ b.videt̃ forma b.in ſpeculo a.deinde viſus reuerberatur a ſpeculo b.ad ſpeculũ a.⁊ forma ſpeculi a.videt̃ in ſpeculo b.⁊ deĩde reuerberatur viſus a ſpeculo a.ad ſpeculũ b.⁊ videret formã a.⁊ poſtea cũ hoc videret formã b.in ſpeculo a.⁊ longitudo que erat inter illa duoꝝ palmoꝝ neceſſario ꝓpter id qđ percutit radius de ſpatio recuruato qđ eſt inter oculum:⁊ vnũ ſpeculoꝝ fieret octo palmorum. Si autẽ nos elõgaremus ſpeculum b.a loco ſuo decẽ palmis nõ videremus ſpeculũ in ipſa paruitate.quãuis mirum eſt qđ diximus de differentia forme que apprehenditur per ſeipſã:⁊ que apprehenditur ex reuerberatione eius:⁊ que appꝛhenditur ab illa duabus reuerberationibus. Hoc enim totum diſtinctum eſt penes viſum. q꜡ due forme apprehenſe ſunt vnius materie.⁊ in vno recipiente. Differentia autem formaꝝ aut eſt ex diſiunctionibus ⁊ intentionibus.aut eſt ex recipientibus. De aũt due forme in ſeipſis vna ſunt:⁊ ſubiectum eaꝝ primũ eſt vnũ:⁊ recipiens eaꝝ ſecundũ eſt vnum.cur ergo debent eſſe due forme? Sed ſcd̃m noſtraꝫ ſententiã de hac abſurditate nihil ad nos.due etenim forme ſcd̃m nos ſunt viſe a duobus recipientibus:quoꝝ vnum eſt eius ſubiectũ primũ:⁊ alterũ eſt corpus terſum qđ eſt recipiens ſimulacrũ ſubiecti primi aliquo modo receptionis:⁊ efficiens formã ſimulacri in oculo aliquo modo. ¶ Deinde contra illud mirabile de radio poſt radiũ hoc eſt dicendũ:ꝙ ſi res ita eſt vt diximus.ſ.ꝙ radius ſecundus nõ debet penetrare primuꝫ.ſed vt contingat exterius:quomodo tangit radius reuerberatus viſibile:⁊ videt illud ⁊ non tangit niſi quantum



dedit rei contingens precedens:ſi auteꝫ videt id quod ille videt ſecundũ ꝙ patitur ab illo:⁊ receptio eius qđ recipit ſit cauſa continuitatis ſue cum illo: deſtruitur debitum patiendi per angulum deſignatũ.nec etiaꝫ apprehendet aliquid aliud numero ab eo qđ apprehẽdit primus vllo modo.Si aũt tetigerit alias partes rei preter illas quas tetigit alius nullus eoꝝ apprehẽdit certiſſime.nec ambo apprehendunt aliquid vnũ.

¶ Capitulum. VII. de diſſoluenda queſtione quam induxerunt de complendo verbo de viſibilibus inter que ⁊ tranſlucentia ⁊ terſa ſunt ſitus diuerſi.

SOluemus nunc queſtiunculã predictaꝫ:que fallit eos ob hoc A
ꝙ ꝓpinquitas ꝓhibet videre:⁊ ꝙ impoſſibile eſt colores ⁊ figuras moueri a ſuis ſubiectis motu locali. Hoc enim nõ facit pro eis:niſi diceremus ꝙ viſus aut alicui⁹ ſenſuũ eſt abſtrahere formã a materia hoc modo.vt formã ipſaꝫ aſſumat a ſua materia:⁊ mutet eã motu locali ad virtuteꝫ ſentientem . Hoc autẽ nullus dixit:ſed dicimus hoc fieri ad modũ patiendi. Paſſio enim non fit vt patiens abſtrahat virtutẽ agẽtis aut qualitatem eius. ſed vt recipiat ab eo conſimile eius . ſed alterius generis q̃ꝫ ſit illa . vnde non dicimus ꝙ viſus recipit a viſo formam ſimilem ei que in illo eſt:ſed aliã:q꜡ in hoc etiã ꝙ non ſentitur niſi ꝓpter ꝓpinquitatem:ſicut odoratum ⁊ tactũ:ſentiens non abſtrahit formaꝫ eius.ſed fit in eo ſimilis forme eius. Sunt enim quedã rerum que non patiuntur niſi offendendo:⁊ ſunt quedã que cuꝫ offenderint diſcedit ab eis aliquid:qđ eſt neceſſarium ad hoc vt afficiat eoꝝ affectum.⁊ hoc eſt in hoc loco radius:quẽ neceſſe eſt continuari cuꝫ forma viſibili:ad hoc vt habens formã iactet ex ſua forma ſimulacrum in aliud qđ eſt ſimilitudo eius:qđ videtur iactare ſuũ ſimulacrũ:deinde cũ intẽditur ſuper illud lux:ita vt inficiat ſuo colore id quod eſt illi oppoſitum.⁊ tranſferat in illud certiſſime:cum id quod eſt ei oppoſitum:fuerit receptibile huius:quãuis hoc ſit mediante ſpeculo.⁊ propter hoc ꝙ eget luce viſibili. eget etiam medio veluti inſtrumento qđ adiuuet apprehẽdere.⁊ hoc eſt peruietas:⁊ vt menſura eius habeat terminum determinatum quo nullus minor poteſt apprehendi . Qꝛ autem apprehendens apprehendit ſimulacrum apprehenſi : ſignificat id qđ remanet in imaginatione de forma viſi.ita ꝙ imaginat̃ illud quando vult.⁊ putat imaginatũ eſſe formã rei viſe.⁊ ꝙ tranſlatũ eſt ad imaginationẽ ⁊ motuꝫ:ſed mouetur res ſua forma:imo eſt aliquid extra illã cõſimile illi. Hoc etiã ꝙ forma remanet in oculo multo tẽpore cum inſpexeris ſolẽ:⁊ poſtea auerteris te ab illo ſignificat tibi ꝙ oculus recipit ſimulacrum:ſimiliter imaginatio cadentis gutte videtur linea:⁊ gutta que mouetur circulariter videtur circulus aliquis. Impoſſibile eſt autem videri diſtenſionem gutte mote in tempore.quin imaginetur res in duobus locis. Oportet ergo vt de hoc ꝙ gutta prius eſt ſurſum:⁊ poſtea deorſuꝫ:⁊ diſtenditur in medio: ⁊ de hoc ꝙ gutta eſt in vno extremo ſpatij:in quo reuoluitur:⁊ deinde in alio extremo eius:⁊ diſtenditur in medio ſimulacruꝫ huius:velut ſit imaginatuꝫ penes te. Hoc autem non fit in vno momento. Oportet ergo vt ſimulacrum eius qđ preceſſit:ſit certiſſime poſt ipſum ⁊ remanens poſt ipſum:⁊ eius qđ ſenſimus poſterius:⁊ fiat ex illis diſtenſio q̃ſi ſenſata:ſꝫ hoc fit ꝓpter hoc ꝙ forma ei⁹ imp̃ſſa eſt:q̃uis gutta iã mota eſt a termino in quocũqꝫ poſueris eã:⁊ nõ remãſit in illo termino:ſuis duobus temporibus. ¶ Sed in hoc ꝙ dixerunt de lumine apparente ante oculos:cauſa erroris ſui hoc eſt ꝙ

hoc non fit ſecundū eos niſi vno modo qui putauerunt non eſſe concedendū: ꝙ oculus eſt quiddā habēs in ſua ſubſtantia aliquid: queadmodū lucentia: de quibus prediximus in pmiſſis: qui in tenebris lucet ⁊ illuminat qđ eſt corā ipſo per qualitatē quā in ſe efficit: nō per aliquid qđ diſcedat ab eo: quaſi non ſit etiā poſſibile ex confricatione ⁊ tactu contingere aliquando in tenebris igneos radios tenues: ſicut contingit ex confricatis ſuperficiebus pupillarū: ⁊ ex manu confricante puluinaria ⁊ barbam.

B ¶ Iam autē patebit tibi ꝙ ipſa pupilla pōt eſſe de his que in nocte lucent ⁊ illuminant ⁊ iactāt radios ſuper id quod eſt oppoſitū illis. Oculi etenim multoꝝ animaliū ſunt huiꝰ. ſicut oculus leonis ⁊ ſerpentis: ⁊ quando quidē ſic eſt: pōt illuminare tenebroſuȝ. Unde mlta ex animalibus vident in tenebris: qm̄ illuminant rē luce procedēte ex oculis virtute ſuoꝝ oculoꝝ. ¶ Sed de verbo qđ vna pupilla impletur: cū altera clauditur: quis negat: ꝙ in neruo concauo ſit corpus ſubtile qđ eſt vehiculū virtutis videntis: qđ appellat̄ ſpiritus: qui mouet̄ aliquādo occultando ſe: ⁊ ſubterfugiēdo: aliquādo apparēdo ⁊ intuendo: qui cū clauſus fuerit alter oculoꝝ fugit ocium ⁊ tenebras naturaliter: ⁊ vadit ad aliū oculū: eo ꝙ ꝯcauitas cōmunis eſt eis: ſicut nouerunt auctores cyrurgie: ppter hoc autē ꝙ vna res implet̄ ex alia: non oportet vt in nā implētis ſit emiſſio ⁊ exitus ⁊ progreſſio in terra: ⁊ diſceſſio vſq; ad terminos mūdi. ¶ Sed oppoſitio de verbo ſpeculi tangit oēs tenētes ꝙ in ſpeculo format̄ forma ſenſibilis. Ea autē que contra hec poſſunt reſpōderi ſunt tria: vnū quoꝝ quaſi innititur auctoritati. videlicet ꝙ forma nō imp̄mit̄ in ſpeculo eo modo: quo forma materialis imprimit̄ in ſuis materijs: eo ꝙ nō ꝯiungit̄ in illis cōtrarie. Sed hec forma ⁊ eius cōtraria imprimunt̄ ambe in toto ſpeculo. Nō enim eſt turpe ꝯuenire in eo ſimul ſimilitudinē albedinis ⁊ nigredinis: ſunt enim in eo nō vt fiat quale ppter illas. ſed ſicut fit intellectibus qui intelligunt albedinē ⁊ nigredinē ſine participatione ſui. Deinde qđ reddit̄ videnti: eſt quiddā qđ eſt alicuius operationis inter tria. ſ. videns ⁊ qđ videt̄: ⁊ ſpeculū: ⁊ cōparatio hoꝝ trium nō cōcurrit: in vnāquāq; partē ſpeculi. q2 vna pars eius reddit ipſaȝ albedinē. ⁊ alia ipſaȝ nigredinē ⁊ eſt diſtinctio eoꝝ in viſu. Coniunctio aūt redditus ⁊ diſtinctionis acquirit viſui q̄le ipſuȝ ⁊ viſuȝ. Hoc aūt reſponſum ego non teneo nec intelligo. Nec intelligo quomodo forma eſt impreſſa in corpore materiali. ſ. ſpeculi cū ipſa nō ſit in eo: ⁊ aliquādo vacuet̄ corpus ab eo: cum ipſa ſit impreſſa in eo: quomodo ergo corpus eſt non vacuatū ab ea: cū ipſa nō appareat in illo: Sed appareat in eo forma quā habet. quāuis ipſum ſoleat videri: aut quomodo erat noſtra diſpoſitio in comparatione ſtātis poſt ſtantē: Hic aūt eſt plixus labor. labor enīȝ qui eſt in h: hic eſt: ꝙ q2 nō ponit̄ figura imprimi in ſpeculo: ponitur figura nō terminata. ⁊ labor etiā qui eſt hic: hoc eſt ꝙ ponit̄ forma nigredinis in corpore. ita vt ipſa non ſit nigredo corporis: ⁊ concedit̄ ꝙ albedo ꝯiungat̄ ei in corpore ſimul: ⁊ ponit̄ forma nigredinis alia nigredine. ſilr forma albedinis pter albedinē. ¶ Sed verbū de intellectu ⁊ intellecto differimus vſq; ad tp̄s ſuū. ¶ Duorum

C autē que poſſunt reſponderi: vnuȝ reſpondebimus affirmantes illud: ⁊ aliud dicemus quaſi veriſimile. Qđ autē affirmamus hoc eſt: ꝙ primo dicimus non oportet: cū aliquid neceſſariū fuerit ad hoc. vt aliqd operet̄ in aliđ: erit illud neceſſariū: velut ſpeculū ⁊ tranſlucens patiat̄ a p̄mo id quod patitur ab eo tertiū: alioquin teneremus ꝙ cū dolaretur cū enſe dolaret ⁊ ipſe: ⁊ cū in nocte incederetur ſecundū ducatū alicuius ſigni incederet ⁊ ipſuȝ.

Secundo ꝙ nō eſt per ſe notū nec omnino manifeſtuȝ. vt omne corpus efficiēs debeat offendere in patiēs. quāuis enim hoc inueniatur per inductionē in pleriſq; corporū: non tn̄ eſt neceſſe: vt oīs actio ⁊ paſſio fiat per offenſionē ⁊ contactū: poſſibile eſt enim vt actiones aliquoꝝ in aliqua fiāt ſine offenſione: ſicut eſt poſſibile: vt nō corpus agat in corpus ſine offenſiōe: ſicut deus: ⁊ intellectꝰ ⁊ anima. ergo non eſt mirū ſi vnum corpus agat in aliud corpus ſine offenſione. ⁊ ſi quedā corpora. agāt offendēdo: ⁊ alia nō offendendo. Nemo aūt probare pōt hoc nō eſſe poſſibile. neq; ꝙ ppter diſtantiā ⁊ ſitū: que ſunt inter duo corpora: ſit impoſſibile operari vnū eoꝝ in aliđ ſine offenſione. Nō enim intereſſet. hic niſi aliquis modus admirationis: quaſi oīa corpora non ſoleant operari alia in alia: niſi ppter huiꝰ diſtantiā ſeparationis. Cuȝ enim ei ꝯtingeret videri corpus agens qđ ageret. nō offendendo: miraret̄ de illo: ſicut modo mirat̄ de agente abſq; offenſione: ⁊ quādo quidē hoc eſt: tūc nō eſt impoſſibile: quātū ad intellectum ꝙ noſtra ſentētia approbata ꝯfirmat: ⁊ nō eſt argumentatio que deſtruat eā. Dicemus ergo ꝙ corpus lucēs ex ſe ipſo: ⁊ illuminatū coloratū ſolet agere in corpus ſibi oppoſitū: cum fuerit receptibile ſimulacri ſicut viſus eſt receptibilis: ⁊ fuerit inter ea corpus qđ non hȝ colorē actionē: que eſt forma q̄lis eſt eiꝰ forma. ita vt nil agat in id qđ eſt mediū: q2 nō eſt receptibile: eo ꝙ eſt trāſlucens. poſtq̄ aūt nō eſt p ſe notū: neq; pbatū demōſtratione: ꝙ nullū corpus operat̄ in ſibi oppoſitū mediāte tranſlucente vllo modo. Hoc autē fuerat primo intellectum. Sed iā eſt affirmatuȝ per id quod probauimus de qualitate apprehendendi: tūc eſt poſſibile. Similiter etiam cum non eſt impoſſibile: vt loco vnius medij ſint duo media. ſ. medium: ⁊ aliud mediuȝ: ⁊ loco vnius ſitus ⁊ vnius diſtantie ſint duo ſitus ⁊ due diſtantie: ⁊ diſtantia ⁊ ſitus predicta cum alia diſtantia ⁊ ſitu alio. Et loco huius ſolius medij tranſlucentis ſit medium qđ eſt coloris terſi cū tranſlucente. Et in loco diſtantie oppoſitiōis inter ipſum: ⁊ hoc tranſlucens illuminatū: ſit diſtantia ⁊ oppoſitio cū illo terſo habente diſtantiā ⁊ ſitū predictū: cū lucenti illuminato viſibili. ergo hoc corpus: cuius oppoſitū habet duo media. ſ. terſuȝ ⁊ tranſlucens: ſolet agere in omne qđ opponitur ſibi oppoſitū ⁊ terſuȝ: cū omne oppoſitū habet conſimilē peruietatē: quāuis ſit terſum poſt terſum in infinitū. Cū autē fuerit vtrūq; in ſitu diffinito actione que eſt qualis eius forma. ita vt nō agat aliquid in tranſlucente vllo modo. ergo tranſlucens ⁊ terſum ſunt duo neceſſaria ad hoc vt vnū operetur in aliud qđ nō ſit in illa duo. Et cū ita fuerit ⁊ contigerit vt ſimulacrū terſi veniat ad viſum cū ſimulacro alterius ſimul: ⁊ viſum fuerit vtrūq; in vna parte videntis: putabimus ꝙ ſimulacrum appareat in terſo: ⁊ h eſt econtrario ei qđ dicitur de radijs. Modus autem ad quē accedimus. hic eſt: ſcȝ ꝙ non oportet: vt omne imprimens imprimat in aliud ſimilitudinem ſui. q2 ſicut eſt poſſibile imprimere in aliquid ſimilitudineȝ ſui: ſic eſt poſſibile vt non imprimat in aliud ſimilitudinē ſui. poſſibile eſt autē vt lucens imprimat aeri aliquā impreſſionē que non eſt ex hoc ꝙ format̄ forma ſimilis forme lucētis ⁊ illuminati. Sȝ vt imprimat aeri tale qđ: qđ nō apprehenditur ſenſu viſibili: neq; vllo alioꝝ ſenſuū: niſi in ſupficie aeris: que finitur apud lucēs: ⁊ opponit̄ parti in qua eſt hñs ſimulacruȝ: ⁊ ppter hoc poſſibile eſt vt iprimat terſo aliquā impreſſionē: aut mediante nō tranſlucente: aut nō mediāte: poſtea tranſlucens aut terſum operentur in inſtrumētū videndi: aut principaliter aut mediāte ſua impſſione in ſuperficiē aeris: qui eſt ad partem eius: impreſſionē que eſt qualis

forma eius:q̄ exigit vnūquodq; illorum principaliter.ergo vnūquodq; agentiū agit actionē diuersaȝ ab eo q̄ eſt in eo.ſ.agens viſibile qđ agit in trāſlucēs aut terſum.⁊ trāſlucens aut terſum qđ agit in viſum.Et multa ſunt hō.ſ. vt aliquid agat actionē diuersaȝ ante ſuā. Et deīde ipſuȝ in qđ agit operetur in aliđ tale q̄lis eſt nā primi.ſicut eſt motus ex quo accidit in aliqđ corpus calor: qđ cuȝ incaluerit ex calore illius:accidet alius motus a primo motu numero:ſed ei conſimilis in ſpecie. Contingit autē videre reuerberari a ſpeculo formā ⁊ colorē in pariete. tanq̄ ſita ſint in pariete que nō mouentur ſecundū ſitū videntis neq; ſunt ſita aliquo modo in ſpeculo.ſed ſciunt̄ venire a ſpeculo ad parietē:que ⁊ſi videant̄ in ſpeculo:nō tñ videntur ſita in eo.ergo ſpeculum impreſſionē impreſſit qualis nō exiſtit in eo.ſilr̄ diſpoſitio viſus. Sed de verbo repercuſſionis ex aqua iaȝ dixerunt aliqui auctores. ſcientie de radys.q̄ radius cū cadit ſup eā expanditur.⁊ refrangitur primū:⁊ occupat maiorē locū. deinde videt̄ in maiore q̄ id quod opponit̄ illi.Sed de auctoribus de ſimulacris: aliqui dixerunt q̄ cauſa in hoc.hec eſt.ſ.q̄ aliqua pars eius qđ eſt oppoſitū ꝑpter quod eſt ſpeculū. ⁊ alia eius pars reddit. ꝑpter hoc qđ penetrat oppoſitū. Et non eſt longe putari q̄ totum reddit. ideo q2 eſt ſpeculum ſed ſpeculū qđ eſt intꝰ diuerſuȝ eſt a ſpeculo viſibili qđ eſt extra.Dixit vnus ex antiquis expoſitoribus.q̄ q2 viſui deeſt ſubtilitas videndi.contingit ei videre longius ⁊ ſpargi viſum ex inſpectione:⁊ augeri ſimulacruȝ. Pōt autē h̄ dictio cōfirmari ſic:vt dicatur q̄ id qđ ſolet videri alicuius elongationis.⁊ alicuius mēſure cū putat̄ longius q̄ ſit ⁊ nō fuerit viſa eius menſura:que debet videri ꝑpter elongationē illā.ſed maior illa cū certe ꝓpinquius fuerit:videbitur eius menſura maior q̄ menſura debita ſue elongationi.videretur ergo maior ſolito. deinde eget multa conſideratione. vt certificator originum percipiat hoc.⁊ fiat eius modi.ne ſibi in hoc veritas obſcuretur.ergo hec queſtiuncula nō eſt magis ꝓpria vniꝰ ſententie q̄ alterius.Nā diſgregatio quā dixerūt auctores diſgregationis vel fractionis:ſi eſt ex ꝑcuſſione:cū remanet in ſua diſpoſitione.⁊ cū iterū repercutitur dirigit̄. nō eniȝ radȳ eſt penetrare in directū. Si aūt hoc eſt impoſſibile.quid eſt in radio qui penetrat illud.cū offendit in illđ:⁊ poſtea auget̄ res in ꝓfundo.cur accidit ei:vt cū eius ꝓfunditate augeat̄ fractio:Et cur cū extēſione eius non auget̄ rectitudo:Q2 quātū ad intellectū oporteret: vt accideret ei propter extenſionē repcuti. ⁊ nō expandī. Et omnino quā bonuȝ eſt id qđ dixit auctor primus.ſ.vt viſibile veniat a latitudine ad coanguſtationē:⁊ colligat̄ ſibi.hoc enim eſt plus adiuuans ad certificādū eiꝰ formā q̄ vt videns egrediens ſit ab oculo.⁊ diffundat̄ in latitudinē.Quod autē debet ānecti huic loco eſt id quod dicemus de ſitibus viſi.⁊ videntis ⁊ ſpeculi. Dicemus igitur q̄ aliquādo accidit:vt viſum ⁊ vidēs.⁊ lucidū ſint in vno trāſlucēti.aliquādo aūt cōtingit vt lucidū ⁊ viſum ſint in trāſlucētibꝰ:iter que ſunt ſupficies.Si aūt fuerit ſitus ſupficiei in oppoſitione que eſt iter vidēs ⁊ efficiēs lumē nō videbit̄ illa ſupficies ſicut ſuperficies celi ⁊ aeris.Si vero ſupficies fuerit ex̄ hec:ſicut ſupficies aque ⁊ nubiū in aere:⁊ lucidū nō eſt in hac oppoſitione in ipſa ſupficie:reuerberabit̄ lux que venit a lucido ad viſuȝ.⁊ videbit̄ ſeparata. Jam autē ſciſti quid ſit reuerberatio. Si vero infra ſupficiē in qua reuerberatū fuerit viſibile in quo eſt:eo q̄ eſt trāſlucēs.⁊ demonſtrabit illud ꝑpter hoc q̄ eſt ſpeculū:ſpeculū aūt ibi erit parificatū ei qđ opponit̄ viſibilis fuerit directū videnti.Si vero rectū fuerit erit ſpeculuȝ in loco in quo offendit:ſed linea que exit de viſu.⁊ perpēdicularis erit exiēs de viſo:qđ eſt in aqua per qđ reddit̄ eius ſimulacrū in rectitudinē.Si eni pieceris anulū in pelui:in qua non pōt videri:cū illā poſtea impleueris aqua videbitur. Si vero viſum fuerit extra tranſlucens mediū preter tranſlucens in quo eſt videns lucidū.tranſlucēs mediū demonſtrabit illud.Si aūt nō fuerit ita.ſȝ fuerit ex parte vidētis ſupficies illius trāſlucentis nō oſtendet niſi fecerit ei coloreȝ extraneū pp aliquid qđ imponit̄ ex altera parte ad hoc vt videat̄.

## ¶ Capitulū octauū qualiter vnū videt̄ duo.

A Dicemus q̄ hoc q̄ vnū videtur quaſi duo nimis eſt ɔſiderādū:ex eo enim pēdent auctores de radys dicētes q̄ q2 viſio fit ꝑpter aliquid qđ egredit̄ de viſu: ⁊ offendit in rē viſaȝ:⁊ deide ɔtingit refrangi eius ſitū penes viſuȝ.Oportet vt id qđ eſt vnū videatur quaſi duo diſcreta.⁊ videat̄ duo.⁊ neſciunt q̄ ex hoc ſequitur eos abſurditas magna.Si eni videre fieret tactu ſūmitatū radiorꝫ qui ɔueniunt ſuper id.tunc deberet videri in vnaquaq; diſpōne vnū.qđ nō impediret refractio ſūmitatū radiorꝫ refractorꝫ.Uerū eſt autē q̄ ſimulacrū viſi reddit̄ mediante tranſlucente membro receptibili apto:leni illuminato:ita vt non recipiat illud ſubſtantia tranſlucentis aliquo modo ſecūdū q̄ eſt ipſa forma.ſed cadit in illud.ſecundū oppoſitionē non in tempore.primū aūt cui imprimitur ſimulacrū viſi eſt humor criſtaloidos:penes quē nō cōſiſtit certe videre. Alioquin vnū videret̄ duo.duo enim ſimulacra ſunt in criſtaloidis.ſicut cū tangitur ab vtraq; manu ſunt duo tactus. Sȝ hoc ſimulacrū redditur a duobus neruis concauis vbi coniunguntur in modum crucis qui ſunt duo nerui quorum diſpoſitionē aſſignabimus cū loquemur de cyrurgia:q̄ſi enim ex forma exteriori venit in extimationem piramis rotūda.ita vt iactet angulū ſuū vltra ſuperficiē criſtaloidos.Silr̄ ſimulacrū in quo eſt criſtaloides medante ſpiritu reddente qui eſt in neruis contingentibus ſe redditur effectioni piramidis.⁊ offendunt ſe dne piramides: ⁊ cancelantur ibi ⁊ vnitur ex eis forma ſimilitudinaria vna penes partē ſpiritus qui geſtat virtutē videndi:deinde q̄ eſt poſt hoc eſt ſpiritus reddens qđ videtur non apprehendens iterū.Si autē diuideret̄ iterū apprehenſio ꝑpter diuiſionē neruorꝫ:⁊ iſte reddens eſt aliquid de ſubſtantia videntis:⁊ penetrat in ſpūm qui eſt repoſitus in primo ventriculo cerebri:⁊ imprimitur iterꝫ forma viſa in ipſo ſpiritu.qui eſt gerens virtutē ſenſus cōmunis:⁊ ſenſus cōmunis recipit illam formaȝ:⁊ hec eſt perfectio videndi.¶ Uirtus autem viſibilis eſt extra ſenſum cōmunem:quāuis emanet ab eo. Uolo autē dicere q̄ virtus viſibilis videt:⁊ non audit.neq; olfacit neq; tangit. neq; guſtat.virtꝰ vero ſenſus cōmunis.videt ⁊ audit ⁊c̄. B Sicut ſcies poſtea:deinde hec virtus que eſt ſenſus cōmunis reddit formam alȳ partiſpiritus:que eſt in continua cum parte ſpiritus que vehit ipſum:⁊ imprimit in illā formā ipſam.⁊ reponit eā ibi apud virtutē formalem que eſt imaginatiua:ſicut poſtea ſcies que recipit formā. ⁊ conſeruat eam.Senſus etenim cōmunis eſt recipiens formā.ſed non retinens.imaginatiua vero retinet q̄ recipit ille.Cauſa autem hec eſt q̄ in ſpiritu in quo eſt ſenſus cōmunis nō exiſtit impſſa forma exterius aphenſa.niſi quādiu cōparatio p̄dicta inter illā ⁊ rē viſam fuerit pn̄s. aut ſtatim futura.cū autē abſens fuerit viſuȝ.delebit̄ de eo forma:⁊ nō exiſtit tāto tempore q̄ attendi debeat.ſed in ſpiritu in quo imaginatiue forme ſunt exiſtētes. q̄uis a longo tēpore abſentate fuerint:ſic in ꝑrimo manifeſtabitur tibi:forma autē cū fuerit in ſenſu cōmuni erit in eo

ſenſata certiſſime:ita vt ſi iprimeret̃ ibi forma non veri eē.nō ſentiet̃.ſicut in amaritudinarijs.Cum aūt fuerit in imaginatione erit imaginata non ſenſata:deinde forma que eſt in imaginatione penetret poſteriorē ventriculū. cū voluerit virtus extimatiua:ꝛ eleuauerit neruum ꝛ de duob⁹ mēbris que terminant̃ penes neruū fecerit vnū:ꝛ ꝯiunget̃ forma cū ſpiritu.qui gerit virtutē extimatiuam mediante ſpiritu qui gerit v̄tutē imaginatiuā que vocat̃ in hominib⁹ v̄tus cogitationis:ꝛ forma que erit in imaginatiua imprimet̃ in ſpiritu v̄tutis extimationis.ꝛ virtus imaginationis deſeruit v̄tuti extimationis reddēs ei qđ eſt in imaginatiua.Sed hoc nō retinet̃ in effectu in v̄tute extimationis.niſi quādiu fuerit aptus trāſitus:vt duo ſpiritus offendant in ſe.ꝛ duo v̄tutes occurrāt ſibi. Sed cū reſpuerit eū virtus extimationis.delebit̃ ex ea forma illa.¶ Probatio aūt certitudinis huius rei.ſ.ꝙ exiſtentia huius forme in extimationē eſt extra exiſtētiā eius in imaginatione.hoc eſt aūt ꝙ imaginatio eſt quaſi ꝯſeruatrix:ꝛ for͡e que ſunt in ea nō ſunt ſemꝑ imaginate ab aia in effectu.Si.n.ita eſſet imaginatio:ſimul deberet imaginari multas formas qualiſcūꝗ forma eēt in imaginatione.ſed neꝗ hec forma in imaginatione eſt admodū eius qđ eſt in potētia.Si.n.ita eēt oporteret vt creature exteriores redderēt ad eā iteꝝ.Sed ſunt repoſite in illa. Extimatio vero mediāte v̄tute cognitionis aut imaginatiue oñdit eas aīe.ꝛ penes eā cōſiſtit redditio formaꝝ ſenſibiliū.Sed memoralis eſt ꝑpter aliud:ſicut poſtea oſtēdemus.¶ Iſta fundamenta oportet vt ſint in promptu penes te.ꝛ deinde redibimus ad noſtꝝ ꝓpoſitū dicentes ꝙ cauſa videndi vnū duo:q̄druplex eſt.vna enim eſt cōtorſio inſtrumēti qđ reddit ſimulacrū qđ eſt in criſtaloide duoꝝ neruoꝝ:ita ꝙ duo ſimulacra nō reddunt̃ vni loco in directū.ſed vnūqđque illoꝝ tendit ad partē virtutis viſibilis per ſe:due enim linee duoꝝ ſimulacroꝝ non trāſeunt̃ eo tranſitu qui ſolet cancelari.cū per tranſeunt ꝯtactū duoꝝ neruoꝝ.Oportet ergo ex hoc:vt ex vnoꝗꝗ ſimulacro.qđ venit ex criſtaloide imprimat̃ ſimilitudo per ſe.ꝛ in partē viſibilis ſpiritus per ſe. Erūt ergo quaſi duo ſimulacra ex duab⁹ cauſis diſcretis extrīſecus. ideo ꝙ nō vniuntur due linee egredientes ex eis ad centrum duoꝝ criſtaloidū:que ſunt penetrātes duos neruos cōcauos.ꝛ ꝑpter hāc cauſaʒ res apparēt multe diſpſe.¶ Secunda aūt cauſa eſt motus viſibilis ſpiritus:ꝛ ei⁹ cōmotio ad interiora dextrorſum ꝛ ſiniſtrorſum. ita ꝙ ps apprehendens ꝑtranſit terminū ſuuʒ qui eſt ei deſignatus nāliter.ꝛ tendit verſus partē duaꝝ criſtaloidū motu fluctuante ꝛ vacillante ad hoc: vt deſcribat̃ in illa ſimulacrū:ꝛ ſimilitudo anteꝗ cancelent̃ due piramides.ꝛ tunc ꝑpter h̄ apparent duo ſimulacra.ꝛ hoc eſt ſicut ſimulacrū qđ ſemel deſcribit̃ a ſole in aqua ſtagnante ꝛ quieta. ꝛ ꝙ deſcribit̃ ex ſole fluctuāte deſcriptione iterata. Quia angulus qui habet̃ inter lineā viſus directi in aquā ꝛ lineā ſolis directā in aqua:penes quē angulū ꝯſiſtit noſtꝝ videre.ad modū quo de ſpeculo reddit̃ nobis aliqđ non remanet vnus.qꝛ mouet cū cōmotio ad multa.ꝛ m̄tiplicabit̃ iſte angulus.ꝛ imprimet̃ in eo ſimulacrum pluſꝗ vnū.¶ Cauſa aūt tertia eſt ex ꝯcuſſione motus ſpiritus latētis qui eſt vltra bifurcationē ante ꝛ retro.ita ꝙ habʒ duos motus ad duas ꝑtes ꝯtrarias.vnū motū ad ſenſuʒ cōmunē.ꝛ aliū motū ad ꝯtactū duoꝝ neruoꝝ ad hoc:vt forma ſenſibilis reddat̃ ei iteꝝ anteꝗ deleat̃ id qđ reddit̃ ſenſui cōmuni.ꝛ quaſi ſtatim cū reddiderit formā ſenſui cōmuni redeat aliqua ps eius ad recipienduʒ ꝙ reddit v̄tus viſibilis:qđ fit ꝑꝑ velocitatē motus.quaſi enim deſcribit̃ in ſpiritu recedēte forma.ꝛ ipſe dat eam ſenſui

C

Prima. Cā videndi vnū duo quadruplex.

Secunda.

Tertia.

cōmuni.Omne aūt deſcriptū hʒ aliqđ tp̄s exiſtēdi quouſꝗ deleat̃.Cū autē mota fuerit a ſuo termino recipiens p̄ma pars ſpiritus ex ꝯcuſſione ſui motus. ſequit̃ alia ps que recipiat:ſicut ꝛ p̄ma.anteꝗ deleat̃ de p̄ma.ꝛ mouet̃ ſpirit⁹ ꝑꝑ ꝯcuſſionē ad partē anteriorē:que erat in oppoſito viſibilis:ꝛ apprehēdit illud:deinde mouet̃ ꝛ nō remouet̃ ab eo forma ſubito.ſʒ eſt in eo v̄ſus aliā ꝑtē:que eſt ēt forme receptibilis.deīde apprehēdit etiā formā alia ps: eo ꝙ habet̃ in oppoſito ꝓpter qđ apprehēdit formā ſuccedente parte p̄ma:cuius cauſa eſt ꝯcuſſio:ꝛ cū ita fuerit erit in vnaꝗꝗ eaꝝ forma viſibilis.Prima eteni for⁹ nōdū deleta eſt a p̄ma parte recipiēte que reddit ſenſui cōi: aut que nō reddit ei.quouſꝗ impmat̃ in ſecūda. ¶ Differentia aūt inter hāc cām ꝛ p̄orē hec eſt:ꝙ hic mot⁹ cōcuſſionis eſt ante ꝛ retro:ille aūt erat dextrorſum ꝛ ſiniſtrorſuʒ.ꝛ ꝓpter hꝯ cām id qđ eſt velocis mot⁹ ad duas partes videt̃ quaſi duo:anteꝗ enim deleat̃ eius forma a ſenſu cōmuni:cū ipſuʒ ſit ad vnā ꝑtē:videt ipſuʒ viſus: cū ipſuʒ ſit in altera parte:ꝛ cōcurrūt ſimul due eius apprehenſiones que fiūt in duab⁹ partib⁹:ꝛ ob hoc cū mouet̃ punctuʒ ſuꝑ aliqđ circūuolubile videt̃ linea circularis.Cū vero extendit̃ punctū ſubito in directū.videt̃ q̄ſi linea directa.Siltudo aūt huius motus eſt v̄tigo.¶ Cū enim contigerit aliqua cauſaruʒ que ſcripte ſunt in libris phyſice:que moueat ſpiritū qui eſt in anteriore ventriculo cerebri circulariter.ꝛ v̄tus viſibilis reddiderit illic formā ſenſatā ꝑpter ſpiritū qui eſt receptibilis eius v̄tutis. non quieſcit in loco ſuo.ſed mouet̃ ꝛ ſuccedet alia ps que recipiet ipſaʒ formā poſt receptionē illius anteꝗ deleat̃ de illa.ꝛ ſit circulariter:ꝛ ob h̄ videnī viſibilia circūferri:ꝛ permutari apud videntē.Cꝫ aūt circūferꝛ nō eſt niſi vidēs qđ variat̃ circa id qđ videt̃.Cū aūt recipiēs fuerit fixum ꝛ motū fuerit viſum.citiſſime mouebit̃ ſine dubio eius ſimilitudo interior ab vna parte recipiētis ad aliaʒ. Si enim ſimilitudo cōſiſteret in ipſa vna parte cōparatio recipientis cū recepto eēt vna ꝛ eadē.¶ Cū igit̃ accideri gerēti ſimulacrū moueri a loco ſuo mouebit̃ ſimulacrū ſine dubio.ꝛ mutabit̃ eius comparatio ad corpus. qđ eſt extra:ꝛ cōtinget illud qđ cōtingeret ſi id qđ eſt extrinſecus moueret̃.¶ Itē qui inſpicit aquā cito defluētē videt̃ ei ipſa moueri ad vnā partē.ꝛ cadit in aliā.Cauſa aūt huius eſt.qm̄ videt̃ ei qđ oia moueant̃ ꝯtra motū aque.Ex vehementia quoꝗ motus ꝓpter quā prouenit velocitas ſeparationis. videt̃ ꝙ ſeparatio fiat ex duab⁹ partib⁹.¶ Cauſa huius eſt motus ſimulacri in recipiente:ꝛ ꝙ fixum eſt in omni parte in qua ponit̃ fixuʒ aliquo tempore.¶ Debes aūt ſcire ꝙ preter has cauſas eſt ibi alia cauſa māis adiuuans illas que eſt huiꝰ ſcʒ ꝙ ſuba ſpiritus eſt ſuba vltima ſubtilitatis.ꝛ velocis obedientie ad recipiendū motū:ita vt cū ꝯtingerit in eo cauſa ꝓpter quā debeat mutari ſimulacrū ab vna ꝑte ad aliā:ſequet̃ moueri ſuba ſpiritus in aliquo motu in directū illius partis:quāuis ſit partiſſimus ille motus.¶ Cauſa aūt hui⁹ eſt:qm̄ vnaqueꝗ v̄tutū apprehendentiuʒ impellit̃ nāliter ad ſuū cōprehenſibile:ita vt quaſi delectet̃ cū illo.Cū vero impellit̃ ad illud inclinat̃ gerulus ei⁹ ad illud.ꝛ ꝑꝑ hoc ſpiritus viſibilis totus impellit̃ ad lucē.ꝛ retrahitur a tenebris nāliter.¶ Cū aūt ſimulacrū impellit̃ ad vnā partē ſpiritus:ꝛ nō ad aliā:v̄tus quaſi ipellit̃ cū ſuo inſtrumento ad partē inclinationis ſimulacri. Inſtrumentum etenim obedit illi ad parteʒ quā petit virtus.ꝛ ꝑpter hoc ꝯtingit in ſpiritu motio ad illā partē ꝓpter ſubtilitatē ſibi ꝛ ſuā velocitatē ad recipiēdū motū tanꝗ ſequat̃ motum ſimulacri.ꝛ ꝓpter hāc cauſaʒ cū incepit homo inſpicere aliquid qđ circunuoluit̃:videnī ei oia alia circūuolui:eo

D

ꝙ ꝯtingit in ſpū motus circularis ex hoc ꝙ ſequit̄ motū ſimulacri: ⁊ ꝑpter h̄ cū iſpexerit ꝙ cito mouet̄ in directū ꝯtingit in ſpū motus rectus:⁊ ecōtrario illius motꝰ ptis:ꝓs eni motus rei eſt ꝯ̄ria pti motꝰ h̄ntis ſimulacrū. Oȝ ḡ videri oīa moueri ꝯ̄ illā ptē.ſimulacra enī ȝ rerum nō ſunt fixa. ¶ Quarta aūt cā eſt ꝯcuſſio motꝰ q ꝯtingit i foramine vue:tunica eni vuea eſt facile moueri taliter ꝙ dilatat̄ p eā foramē.aut coanguſtat̄ aliqñ foris aliqñ ītus:⁊ i directū.vel in obliquū.⁊ ex eiꝰ expulſione foris: oȝ vt ꝯtingat anguſtatio ⁊ dilatatio foraminis:⁊ ex eius expulſiōe ītus oȝ vt ꝯtingat ꝯſtrictio ⁊ ꝯ̄ctio foraminis. cū aūt ꝯtingit foramē anguſtari videt̄ res maior. ¶ Cū v̄o dilatat̄ v̄r minor.aut ꝯtinget cū iclinabit̄ ad vnam ptē videri in aliquo loco.⁊ ꝯtinget q̄ſi pmū viſum ſit p̄ter viſuȝ zᵐ:ſȝ ꝑcipue cuȝ apparuerit alia forma.anteq̄ȝ deſtruat̄ pma. ¶ Pōt aūt hic aliqs dicere.cū nō exiſtit forma eadē cū motu recipiētis:ſicut lucis forma manet eadē cū motu recipiētis:vt cū recipiēs declinauerit ab oppōne deſtruat̄ forma in ipſo.⁊ ꝯtingat forma in eo qđ ſuccedit loco eiꝰ.⁊ nō ſint due forme nec duo viſus. nec ꝯtinuet̄ linea puncto.nec videant̄ res circul'r moueri. ¶ Dicemus qm̄ nō lōge eſt qđ ſpūs q ē cōis ſenſus non ſolet tenere formā ꝑ oppōnē tm̄.quā non retineat poſt oppōnē magno tpe.vñ nō eſt ſicut retētio luminis ab illuminato p lucē q̄ deſtruit̄ ſubito:nec ſicut retētio ſculpture in lapide q̄ durat lōgo tpe.ſed eſt iter vtrūq̄ȝ.⁊ eiꝰ cālitas q̄ūtū eſt ad formā eſt cā quā adiuuāt ⁊ ꝯfortant poſt oppōnē aliquo tpe.cauſe q̄s iuenies p̄dictas in eo ꝙ adiuuat motū eiꝰ ⁊ reuocat ad nāȝ ſuā colloq̄mur de his:⁊ ex h̄ ſciet̄.ꝙ h̄ qđ ſpūs latēs recipit ſiīitudies viſibiles nō eſt ſicut receptio ſimulacri ſimplicis qđ aufertur cū remotiōe oppōnis. ¶ Vex eſt aūt ſenſus eē hos diuulgatos. ⁊ ꝙ nā nō mouet̄ ab vno gradu aīalitatis ad aliū gradū ſupiorē niſi poſtq̄ȝ ꝑfecerit qcq̄d ē in gradu illo.ex quo ſequit̄ oēs h̄ri apud nos.ſȝ q ꝯtēdit declare h̄ ſillogiſmo neceſſario:laborauit in ſupfluū:q2 qcq̄d dixerūt de h̄ nō eſt ꝓbatū:nec ego itelligo illud q̄ſi ꝓbatū.ſi aūt alius itelligit diſcat̄ ab eo ex tractatu noſtruȝ: ſenſus enīȝ ſinguli ⁊ ſenſibilia ſūt illud qđ diximus.ſunt aūt h̄ ſenſus cōes ⁊ ſenſibilia cōia.loq̄mur aūt de ſenſibilibus cōibus dicētes.qđ nr̄i ſenſus aliqñ ſentiūt cum eo qđ ſentiūt alia.q̄ ſi eēnt ſola p ſe.nō ſentirent̄. ¶ Hoc āt ſunt dimēſiōes:numeri ſitus ⁊ motus ⁊ qetes ⁊ ꝓpinqtas ⁊ elōgatio ⁊ ꝯtactꝰ ⁊ cetera ab his q̄ ꝯtinent̄ cū iſtis. h̄ eni nō ſentiunt̄ accn̄tal'r:ſenſatū etenīȝ accn̄tal'r eſt id qđ nō ſentit̄ certiſſime.ſȝ eſt ꝯiūctū cū eo qđ ſentit̄ certiſſime.ſicut h̄ qđ ſentimꝰ p̄rēȝ platōis. ⁊ fratrem ſocratis.ſenſibile etenīȝ eſt color ⁊ figura.ſȝ q2 ꝯtigit h̄ eē cōiūctū cū alio ab ipſo relatiue.iō diximus nos ſenſiſſe relatiuū.cū nos nō ſenſerimꝰ illud vllo mō: neq̄ȝ.n. eſt in aīa nr̄a imaginatio ⁊ deſcriptio p̄ris platonis.ex h̄ qđ ē p̄r illiꝰ.q̄ſi ipſa imaginatio ⁊ deſcriptio ſit acq̄ſita p ſenſuȝ aliquo mō:ſȝ figura ⁊ numerus.⁊c̄.ex eis q̄uis non ſentiunt̄ p ſe ſola.tñ coꝶ deſcriptio ⁊ imaginatio ſeq̄tur imaginationē eiꝰ qđ ſentit̄ vel apꝑhēdit̄ ex h̄ ꝙ ē color aut calor aut frigiditas. ita ꝙ deſcriptio eoꝶ q̄ ſunt h̄ in imaginatiōe nō pōt eē ſine illis etiā:nō oȝ aūt vt cum aliq̄d fuerit apparēs vel apꝑhēſuȝ ab alio in aliquo mediāte aliquo ꝑpter hoc ſit vt apꝑhēſuȝ vere. multa enīȝ ex rebus q̄ ſunt certe.⁊ nō accn̄tal'r.nō ſunt niſi mediātibus alijs.hec aūt ſenſibilia cōia:q2 ab his ſenſibus poſſibilia ſunt apꝑhēdi.iō nō eguerūt alio ſenſu.imo:q2 apꝑhēdi ſine medio fuit ipoſſibile fuit etiā ipoſſibile eē aliū ſenſuȝ p ſe. ¶ Viſus āt apꝑhēdit magnitudinē ⁊ numerū ⁊ figurā ⁊ ſitū ⁊ motū ⁊ qetē mediāte colore:⁊ v̄r qđ apꝑhēſio motus ⁊ qetis ꝑcipiat̄ virtute alia p̄ter ſenſuȝ. ¶ Tactus aūt apꝑhēdit hoc totū mediāte duritie aut mollicie:in pleriſq̄ȝ vero fit aliqñ mediāte calore ⁊ frigiditate. ¶ Guſtus quoq̄ȝ apꝑhēdit ſapore cū guſtauerit guſtū multū diffuſuȝ ⁊ apꝑhēdit numeꝶ cū iuenit plures guſtus in corꝑibus.ſȝ motū ⁊ quietē.⁊ figurā q̄ſi apꝑhēdit etiā ſed debil'r.ſȝ iuuat̄ ad h̄ tactu. ¶ Sȝ p olfatū q̄uis nō apꝑhēdat̄ magnitudo neq̄ȝ figura neq̄ȝ motus neq̄ȝ quies tali apꝑhēſiōe q̄ videat̄ olfaciēti.tñ apꝑhēdit̄ p ipſuȝ numerus:⁊ v̄r olfaciēti:aīa aūt eſt q̄ apꝑhēdit alio mō argumētatiōis ⁊ extimatiōis:ſcit.n. ꝙ id cuius odor deficit ſubito iaȝ abijt.⁊ id cuius odor ſupeſt adhuc pmanet. ¶ Auditus v̄o nō apꝑhēdit magnitudinē:ſȝ oſtēdit eā aīe oſtēſiōe aliqñ fallaci: qđ fit ex h̄ ꝙ ſonos maximos cōparat magnis corꝑibus:q ſepe ꝯtigūt ex puis corꝑibus vel eꝯ:aliqñ apꝑhēdit numeꝶ.⁊ aliqñ apꝑhēdit motū ⁊ qetē p tenorē vel defectū:q accidit ſono ꝓtracto.⁊ qđ diuerſitas ſui defectꝰ eſt ex h̄ qđ renouat̄ ſibi illa ꝓtractio.ſȝ hec apꝑhēſio fit ꝑpter h̄ ꝙ aīa ſolet apꝑhēdere q̄dā q̄ viſu nouit.fallit̄ tñ multotiens: ⁊ poſſibile eſt vt audiat̄ ſonus qetis rei.eo mō quo audit̄ ſonus mobilis:⁊ ſonus mobilis queādmodū audit̄ quietis ſonus.ḡ nō oȝ credi huic oſtēſiōi.q̄ nō eſt neceſſaria: niſi q2 ita ꝯtingit in pleriſq̄ȝ.figurā v̄o nō apꝑhēdit auditus niſi figurā ſoni nō corꝑis.qđ aūt audit̄ de ꝯcauo. ⁊ ſcit̄ ꝑpter hoc eius ꝯcauitas.hoc eſt qđ accidit aīe. ⁊ cognoſcit aīa ſm modū ꝯſiderādi ⁊ diſcēdi:qual'r viſus eſt in illo. ¶ Videt̄ aūt ꝙ diſpō viſus in multis q̄ apꝑhendit eſt etiā q̄lis eſt huius diſpō.ſȝ apꝑhenſio viſus in eo qđ apꝑhēdit de hoc eſt manifeſtior:⁊ h̄ ſunt ſenſibilia q̄ vocant̄ cōia.eo ꝙ ꝯueniūt in illis plures ex ſenſibꝰ: numerus aūt eſt q magis dȝ vocari cōis:oēs enīȝ ſenſus cōueniūt in illo. ¶ Jā aūt putauerunt aliq hominū ꝙ hec ſenſibilia cōia h̄nt ſenſuȝ exn̄tē in aīalibus in quo ꝯueniūt:⁊ a quo apꝑhedūtur.ſed nō eſt ita. tu enīȝ ſcis ꝙ q̄dā ex his apꝑhēdunt̄ p colorē:q ſi nō eēt:nō apꝑhēderētur.⁊ q̄dā apꝑhendunt̄ p tactū.q ſi nō eēt nō apꝑhēderent̄.ſi aūt poſſibile eēt aliqđ iſtoꝶ apꝑhēdi ſine mediante q̄litate q̄ eſt primū apꝑhēſuȝ ab alio iſtoꝶ ſenſuuȝ. tūc eēt hoc poſſibile.ſed vti nobis ſit ipoſſibile apꝑhendere illud niſi mediāte apꝑhēdente qđ apprehēdit ſenſu cognito.aut ſignificatiōe ſiue mediante ſenſu.hoc nō habere ſenſuȝ cōmunem vllo modo.

¶ Expleta eſt pars tertia ſexti de naturalibus. ¶ Incipit pars quarta.Capitulū primū: in quo eſt verbuȝ cōmune de ſenſibus exterioribus quos h̄nt aīalia.

